Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Augustin Balthasar von

Jurisprudentia, Secundum Ordinem Inprimis Institutionum Jmp. Justiniani, In Tabellas, Subjunctis Subinde Svccinctis Definitionibus Ac Divisionibus, In Usum Dnn. Auditorum Suorum, Synoptice Redacta

Pars II. : Exhibens III. Juris Objectum Scilicet Actiones et Exceptiones

Gryphiswaldiæ: Apud Johannem Jacobum Weitbrecht, 1740

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480

Band (Druck) Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0001
DFG

Kl. K — 2 (56.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0002
DFG

JURISPRUDENTIÆ, IN TABELLAS REDACTÆ,

PARS II.

EXHIBENS

III. JURIS OBJECTUM

SCILICET

ACTIONES et EXCEPTIONES.

AUCTORE

AUGUSTINO BALTHASARE,

J. U. D. ET PROFESS. REG. ORDIN.

GRYPHISWALDIÆ

APUD JOHANNEM JACOBUM WEITBRECHT.

1740.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0005

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0006
DFG

Pro Actione populari denunciatio apud nos recepta est.

De III. Juris Objecto.

DE

ACTIONIBUS.

Quæ ſunt *jus perſequendi in Judicio quod ſibi debetur.* & conſiderantur diverſimode.

1. *Strictiſſime*, pro act. *ad rem* ſ. in *perſonam*. v. *l.* 25. *ff. de Obl. & act.* *l.* 178. *de V. S.*
2. *Stricte*, pro act. *in rem* & *perſonam*. v. all. II.
3. *Late*, pro omnibus *cauſis civilibus*, ordinariis & extraord., interdictis, præjudiciis, perſecutionibus & implorationibus officii judicis.
4. *Latiſſime*, pro qualibet lite & cauſa tam *civili*, quam *criminali*. v. *l. un. C. quando civ. act. crim. præjud.* Et hoc ſignificato ſunt

I. Ratione *cauſæ efficientis remotæ*,

1. ex *Jure Civili*, quæ ſcil. ex LL. XII. Tabb. aliisque ſpeciebus juris Civilis deſcendunt, & *ordinariæ* in ſpecie dicuntur. Et hæ ratione cauſæ effic. propinquæ ſ. immediatæ ſunt

I. Nativa, quæ ex *cauſa ſubordinata*, *ad producendam actionem j. Civ. habili conſtituta*, deſcendit. Et eſt

I. Directa, ſ. Vulgaris, quæ ex *verbis legis*, & eo quod ſcriptum eſt, competit. v. g. directa rei vindicatio.

I. Utilis, quæ non legis verbis expreſſis, ſed *ſententia & ratione illarum* comprehenſa; unde etiam dicitur *Utilis ex mente*, it. *utilis nativa*, it. *in factum civilis*. v. VINN. *ad §.* 10. *h. t.* Utraque autem pro cauſa ſua immediata agnoſcit

I. Jus Perſonarum, unde *Act.* Præjudiciales ſcil. *in ſpecie, tales*, quibus agitur de ſtatu vel conditione hominum civili, & dantur illi, *qui ſtatum aliquem ſ. conditionem civilem ſibi competere aſſerunt*, adv. *negantem*, ad *declarandum illum ſtatum*. Hæ quamvis in rem eſſe videantur, §. 13 *J. de Act.* tamen neque reales ſunt neque perſonales, ſed ſeparatum aliquod genus actionum conſtituunt. v. HOPP. *in Com. ad h. §.* Et hæ ſunt

I. Affir-

1. *Affirmativa* qua *actor asserit statum* in homine, cujus intuitu officia ab ipso postulat.
1. *Negativa* qua *reus actori negat statum* quem intendit. Utriusque generis actiones concernunt

I. Statum Libertatis, quæ *Actiones de* liberali causa dicuntur, eumque
1. *Ingenuitatis*, & datur
1] *Actio de* statu Libertatis quæ est
1. *Directa*, quæ datur *domino contra servum, qui se liberum esse contendit*; & v. v. *Servo contra dominum, qui dominum ejus se esse dicit*, ad id, *ut servus vel liber declaretur.*
1. *Utilis*, quæ datur contra *ad scriptitios colonos, censitos & proprios homines*, vel ubicunque quis agit contra aliquam personam *pro jure quod sibi in ea competere prætendit*, veluti, pro jure *obedientiæ* vel *subjectionis*, vid. SCHNEIDEW. in *Com. ad §. 13. de Act.*
2] *Act. Ingrati*, quæ datur *Patrono, qui servum manumisit*, adv. *libertum ingratum*, ut *in priorem servitutem redigatur*. v. *l. 7 ff. de j. Patron.*
1 *Libertinitatis* quæ sunt Prætoriæ. De quibus infra.
2. Civitatis, unde *Act. de* Civitate, quæ est *actio inter Magistratum & subditos, de juribus Magistratum & subditos concernentibus*; v. *l. 37 pr. ff. ad Municip.* Qui tamen status proprie spectat ad jus publ.
3. Familiæ, quorum actiones sunt prætoriæ.

II. *Jus* Rerum quod iterum est

A *Jus* in re, ex quo oriuntur *actiones* reales, ita dictæ, quod *rem ipsam* absque respectu ad personam obligatam, adversus *quemcunque ejus possessorem* persequuntur, & tendunt ad *declarationem juris*, quod quis in re ista habet. Dicunturque in specie Vindicationes. Species autem juris in re, unde oriuntur, sunt:
1. Dominium, scil. Verum, [ex quasi enim dominio Prætor actiones introduxit] in sensu speciali, rerum nempe corporalium singularium, quod est

1. *Actus.*

1. *Actuale* & quidem
   1. *Plenum*, unde oritur **Rei Vind. in ſpecie**, quæ datur *domino* contra *quemcunque poſſeſſorem rei corporalis*, ad id, *ut ejus nomine dominus declaretur, eaque res ſibi reſtituatur cum fructibus & omni cauſa.*
   1. *Minus plenum*, & hoc iterum eſt
      1. *Directum*, & datur inde
         Rei Vind. **directa**, *domino ſcil. directo*, adv. *quemcunque ejus rei, in quam ipſi dominium directum competit, poſſeſſorem.* &c.
      1. *Utile*, ex quo Act. deſcendentes ſunt prætoriæ.
1. *Speratum*, ſ. *Quieſcens* unde
   Act. **Redhibitoria** *ex j.* **Retractus**, ſ. *Act.* **Revocatoria**, quæ datur *domino directo* adv. *quemcunque poſſeſſorem rei, retractui obnoxiæ*, ad id, *ut illa res cum iſta conditione, qua ad poſſeſſorem tranſiit, ſine ullo onere aut nexu, quem forte an poſſeſſor ipſi impoſuit, reſtituatur.*

   Differt ab hac a] *Act. Redhibitoria*, quæ ex moribus datur certis perſonis, quibus Jus retractus ex conſuetudine competit, de qua infra.

   b] *Act. Revocatoria Feudi*, quæ ex jure feudali, nec hujus loci eſt.

   c] *Act. ex j. Protemiſeos*, quæ ex Quaſi-Contractu oritur, de qua infra.

II. **Servitus.** Unde
   a] *Act* **Confeſſoria** quæ eſt ratione *ſubjecti*
      1. *Directa*, quæ datur illis, *qui prædio ſuo ſervitutem conſtitutam aſſerit*, contra *quemcunque poſſeſſorem vel impedientem*, ad *declarandum illius ſervitutis liberum uſum.*
      1. *Utilis*, quæ datur *Creditori, cui fundus eſt oppignoratus, Emphyteuticario, Superficiario, Uſufructuario*, (ſcil. contra vicinum, non contra proprietarium,) *aliisque jurium & rerum incorporalium dominis*, contra illos, qui aliorum jurium uſum impediunt, & illorum quaſi poſſeſſ. non tradunt, vel quodammodo turbant.

b] *Act.* Negatoria quæ itidem est:

1. *Directa*, quæ datur *domino prædii, qui servitutem alteri in prædio suo deberi negat*, adv. *illum, qui eandem sibi prætendit*, ad id, *ut prædium illud liberum declaretur, reoque ulterior turbatio interdicatur.*

1. *Utilis*, quæ datur *aliis dominis, qui similia jura in re sua competere negant.*

III. Hereditas s. *Jus* hereditarium. Unde Hereditatis Petitio, quæ descendit ex LL. XII. Tabb. & est

1. *Generalis* eaque

1. *Civilis*, quæ & *Directa* dicitur, & datur *heredi civili directo, tam universali quam particulari*, adv. *illos, qui jus vel rem hereditariam pro herede vel possessore possident*, ad id, *ut heres declaretur, & res hereditaria una cum præstationibus personalibus ipsi restituatur.*

Huc quoque spectat *Remedium Imp.* Justiniani in *l. fin. C. de Edicto D. Hadr. toll.* quo *heres, testamento, nullo vitio visibili laborante, scriptus, petit missionem in possessionem omnium rerum hereditariarum, quæ tempore mortis testatoris fuerunt.*

1. *Prætoria* de qua infra.

1. *Specialis* s. *Qualificata*, quæ opus habet quodam remedio, quo via ipsi præparetur, quo spectat

1. *Querela* nullitatis, quæ est imploratio quædam judicis, & datur *iis, qui necessario erant instituendi, sed præteriti, vel contra præscriptam formam Nov. 115. exheredati sunt*, ad id *ut testamentum nullum declaretur.*

2. *Querela in officiosi* Testamenti quæ proprie ex moribus est. vid. infra

Act. *Suppletoria* s. *Expletoria.* it. *Condict. ex L. omnimodo*; & *L. sæmus C. de Inoff. Tto.* it. *Querela in off. dotis.* it. *donationis*, sunt personales in rem scriptæ, & oriuntur ex quasi contractu.

IV. Pignus. Jure antiquo cum pignus proprie a *pugno*, inde diceretur, quod creditori *manciparetur*, aut *in jure cederetur*, dominium aliquod revocabile, *Fiduciæ* dictum, in

in Creditorem transferebatur; Hinc nulla debitori contra tertium possessorem oriebatur actio realis, sed saltem *personalis Fiduciæ*, contra ipsum Creditorem, quam Tribonianus *Pignoratitiam* dixit, de qua infra dicendum. Postquam autem Prætor pignoris speciem, quæ penes debitorem maneret, scil. *Hypothecam* introduxit; Prætor Servius inde quoque Creditoribus hypothecariis dedit Act. *Hypothecariam realem*, suo nomine *Servianam* dictam, de qua sub act. Prætoriis.

V. Possessio, quæ per se j. antiquo non constituebat jus in re, unde etiam jus Civile, præterquam defensionem rei suæ contra quemcunque aggressorem, quæ est naturalis, non dabat remedium persequendi possessionem rei suæ contra tertium possessorem; Nisi cum communi DD. Schola ejusmodi remidium evincere velis ex *l.* 32 *ff. de Reb. Cred.* ex qua dicunt: *Condictionem* competere *omnibus, quorum res propriæ vel illis debitæ, ad alios sine justa causa & citra illorum culpam pervenerunt, quique ad illam consequendam aliam actionem non habent*, adv. *illos, ad quos res ita pervenit*, ad *eandem ab illis consequendam*. Verum alii rectius, nil novi in illa lege latere, sed eandem cum *act. de in rem verso* coincidere, statuunt, pro ut etiam defendit LEYSER *in Med. ad ff. spec.* 130. *med.* 7. & 8 Donec tandem actiones quædam *in rem scriptæ* fuerunt inventæ, e. g. *quod metus causa*, & in genere Prætor ex possessione constituta & acquisita contra tertium m. f p. dedit *interdicta*, quæ deinde j. Can. ac praxi egregia acceperunt augmenta. De quibus tamen infra dicendi locus erit.

B. *Jus* ad rem. s. in personam ex quo actio oriens est Personalis, quia *immediate intenditur in personam, ad dandum aliquid vel faciendum nobis obligatam*; & generali nomine dicitur Condictio, [a condictione veterum, i. e. mutua denunciatione, quo die actor in judicium venire & reus adesse velit] Et hæc

1. *Immediate* a lege introducitur, sine ullo facto, ne inhabili quidem, ad eam producendam directo; Ubi si lex genus agendi non expressit, Condictio ex Lege vocatur, Ejusmodi condictio est

1. *Generalis*, in genere *Condictio* ex Legibus dicta, quæ competit illis, *quibus aliquid debetur, ex obligatione quam lex nova* [scil. post LL. XII. Tabb.] *introduxit, sed de genere actionis, quæ experiundum, nil cavet, alia condictionis specie cessante*, adv. illos, *qui hoc modo aliquid debent*, ad id, *quod ita debetur, præstandum* v. *L. un. ff. de Condict. ex Lege.* Exemplum est *Condict ex L. 32. ff. de Reb. Cred.* De qua paulo antea sub 5ta spec. juris in re actum.

Differt ab ea 1] *Imploratio officii judicis*, quæ locum habet, quotiescunque nova lex non obligationem introduxit, attamen æquum quid judicavit. De qua re infra dicendi locus.

2) *Actio in factum* tam generalis quam specialis. Utp. quæ juris prætorii. De qua infra.

1. *Specialis* quæ ex *ipsis legibus specialibus, quibus actiones istæ sunt introductæ, est addiscenda*, utpote:

1. Ex L. 30. & 36. C. de Inoff. Testamento; alias etiam *Actio* Suppletoria s. expletoria dicta, quæ datur illis, *quibus minus legitima alias debita, titulo tamen honorabili, relictum*, adv. *heredes institutos*, ad id, *ut suppleant, quod deest legitimæ.*

2. Ex L. unica C. de Inoffic. dotat. alias: Querela in off. dotis dicta, quæ datur *liberis immodica dotis constitutione*, vel *a parentibus uni ex liberis*, vel *a matre secundo marito facta, legitima defraudatis*, adv. *accipientem*, ad id, *ut dotis constitutio rescindatur simulque legitima restituatur.*

3. Ex Constitut. Imperat. Tit. C. de in off. donat. alias Querela in off. donat. dicta, quæ datur *liberis, parentibus & fratribus, ob immodicam donationem legitima defraudatis*, adv. *donatarios*, ad id, *ut donatio rescindatur, & legitima, aut quod illi deest, restituatur.*

4. Ex L. 1. & fin. C. de Revoc. donat. quæ datur *donatori* adv. *donatarium ingratum*, ad *res donatas extantes revocandas.*

5. *Act.*

5. *Act.* ad exhibendum, quæ immediate ex L. datur *illis, quorum ex justa causa peculiariter & proprio jure interest, rem exhiberi*, adv. *quoscunque possessores*, [hinc in rem scripta] *qui rem exhiberi possunt*, ad id, *ut res exhibeatur, in eadem causa, qua fuit, tempore judicii accepti.*

6. *Condictio* furtiva quæ est act. personalis, *qua dominus vel quasi, rem furto sibi ablatam, vel in subsidium, ejus æstimationem quanti unquam plurimi fuerit, a fure ejusve herede repetit.* Et quidem contra heredes pro rata competit, s. aliquid de re furtiva ad illos pervenerit nec ne. Non vero contra eum, cujus ope consilioque furtum factum, nisi de eo participaverit. Oritur immediate ex Lege; & respicitur hic saltem delictum ceu causa remota, vel sine qua non. De reliquis Condict quæ vel præparatoriæ est & factum prævium vel pactum requirunt, infra erit agendum.

1. *Mediate*, mediante scil. facto aliquo, quod est

1. *Licitum*, ut Conventio, quæ est

1. Pactum & hoc

1. *Nudum.* Unde *olim j. Civ.* nulla dabatur actio, sed saltem exceptio; *J. v. Canon* datur *Actio* ex Pacto, ei *cui aliquid pacto promissum est*, adv. eum, *qui animo semet obligandi sciens volensque aliquid promisit*, ad *promissum præstandum.* Et quidem, si *res* promissi, ad eam *præcise dandam*, sin factum, ad hoc *præstandum* aut *interesse.*

Hodie, cum nempe apud Germanos pactum antiquitus nunquam non fuerit obligatorium hodieque sit, datur *Condictio* ex moribus, illis scil. *quibus aliquid debetur ex obligatione, moribus valida*, adv. *illum, qui hoc modo aliquid debet*, ad id, *quod ita debetur, præstandum.*

2. *Non nudum*, s. *Vestitum* & quidem

1. Ex *adjectione contractui in continenti facta*, ex quo, cum censetur pars contractus, eadem datur actio, quæ ex Contractu principali; interdum etiam act. præscriptis verbis, *L. 2. C. de Pact. inter Emt.*

&

& Vendit. Exemplum exhibet BOEHMER *in Comp ff. Tit. Mand. §.* 13.

1. *ex Legis assistentia*, quoniam scil. jus novum ejusmodi pacto adsistit, cujusmodi pactum lege investitum, unde condictio oritur, occurrit

1. in *Pacto Donationis. unde Condictio ex l.* 35. *§.* 2. & *C. de Donat. ult.* quæ datur *donatario* contra *donantem*, ad *donationem promissam exigendam*, *in quantum facere potest.*

2. in *Pacto Dotis*, unde *Condict.* ex *l.* 6. *C. de dote promissa.* Quæ datur *marito ad petendam dotem*, it. *uxori ad petendam donat. propt. nupt.* item adv. *eum*, *qui dotem vel donat. propt. nupt. qualicunque pacto dare promisit.*

3 in *Pacto ad servandum laudum arbitri inito*, *homologato*, h. e. silentio decem dierum firmato. Unde datur Act in factum ex *l.* 5. *pr. C. de recept. arbitr.* qua *reus*, *laudo arbitri condemnatus*, ad illud servandum, *quasi ex re judicata*, *compellitur*, v. BOEHMERI *Comp. ff. Tit. de Recept. §.* 11.

1. Contractus & quidem
   1. Proprius, isque
      1. Verus & quidem
         1. *Nominatus*, qui est
            1. *Realis*, cujus species sunt
               1. Mutuum, quod est
                  1. *Verum.* Unde *Condictio* Certi ex Mutuo quæ datur, *creditori* adv. *debitorem* ad *rem creditam s. mutuatam*, *in eodem genere eademque quantitate & qualitate reddendam.*
                  1. *Quasi s. Pro-Mutuum.* Quod est quasi contractus & species *Indebiti solutionis*, De qua infra.
               2. Commodatum. Unde *Act.* Commodati, quæ est
                  1. *Directa* quæ datur *commodantis* adv. *commo-*

commodatarium, ad *rem commodatam, finito usu, salvam & integram restituendam, cum omnibus accessionibus.*

1. *Contraria.* Quæ datur *commodatario* adv. *commodantem* ad *indemnitatem rei commodatæ nomine consequendam.*

3. Depositum, quod est

1. *Rei non litigiosæ.* Unde *Act.* Depositi; quæ est

1. *Directa*, quæ datur *deponenti* adv. *depositarium* ad *rem depositam in specie restituendam*, aut, si ejus usus concessus ad *tantundem præstandum.* Estque alio sensu

1. *Directa* quæ datur *ipsi deponenti,*

1. *Utilis*, qua datur *tertio*, si id ab initio actum, ut huic restituatur. v. BÖHMER *in Comp ff. Tit. Depositi §. 18.*

1. *Contraria*, quæ datur *depositario* adv. *deponentem* ad *indemnitatem, depositi nomine, consequendam.*

1. *Litigiosæ* s. Sequestri. Unde *Act.* Sequestraria, quæ datur *victori rei litigiosæ* adv. *sequestrem*, ad id, *ut finita lite, res cum omni causa restituatur, rationes reddantur, & culpa lata præstetur.*

4. Pignus, Unde *Act.* Pignoratitia, quæ est

1. *Directa* quæ obtinet inter *debitorem* & *creditorem*; & alio sensu est

1. *Directa*, quæ datur *debitori* adv. *Creditorem*, ad *restituendum salvo debito pignus cum omni causa & accessione, damnumque culpa datum resarciendum.*

1. *Contraria*, quæ datur *creditori*, adv. *debitorem* ad *indemnitatem pignoris nomine consequendam.*

Differt ab ea *Act. hypothecaria*, quæ est realis prætoria

l. *Utilis* quæ in pgnore judiciali, item contra *tertium b. f. p.* inprimis si ita inter debitorem & creditorem conventum, obtinet. v. BOEHM. *Comp. ff. Tit. de Pign. act.* §. 21.

l. *Verbalis* utp. Stipulatio, quæ fit de re

l. *Incerta*, s. *facto*. Hinc *act. ex* stipulatu incerti s. generalis, quæ datur *stipulanti* adv. *promittentem rem incertam, genus scil. vel factum*, ad *promissum præstandum*.

l. *Certa*, unde *Condictio* certi ex stipulatu, quæ datur *stipulanti* adv. *promittentem rem aliquam certam*, ad *eam præcise præstandam*. Cujus species sunt

1. *Act. ex stipulantu de* damno infecto, quæ datur ei, cui de *damno infecto cautum*, adv *illum, qui cavit*, ad id, *ut damnum, de quo cautio inter posita est, quodque postea contigit, resarciatur, præstando id, quod inter est actoris damnum non fuisse datum*.

Differt ab *act de damno infecto*. De qua infra

2. *Act ex stipulatu de* dote & quidem

l. Petenda s. exigenda, quæ datur *marito* adv. *socerum, aut alium, qui dotem promisit, ad dotem promissam consequendam*,

l. Repetenda, quæ olim duplex, erat

l. *Act.* rei uxoriæ, quæ competebat tantum *uxori vel patri, aliisque per virilem sexum ascendentibus, etiamsi dotem sibi reddi non fuisset stipulata*, contra *maritum ad res dotales repetendas*.

l. *Act. ex* stipulatu *in sp.* quæ dabatur *reliquis extraneis, qui dotem sibi reddi stipulati*, adv. *maritum vel patrem mariti, qui dotem accepit*, ad *dotem soluto*

soluto matrimonio, cum fructibus, habitæ proportione illius anni, quo matrimonium solutum, restituendam, & damnum culpâ datum resarciendum. Jure novo Imp. priorem, act. rei uxoriæ, sustulit, & eam in hanc transfudit. v. §. 29. *J. de act.*

3. *Act. ex Stipulatu* simplæ *vel* duplæ *pro* Evictione, quæ datur *ei, cui in casum rei evictæ simplum vel duplum stipulatione promissum*, ad id, *quod in stipulationem deductum, præstandum, simplum scil. vel duplum pretii, quo res vendita*

1. *Literalis.* Unde *Condictio* certi ex literis. ſ. *Act.* Chyrographaria, quæ datur *ei, cui quis tradidit Chyrographum, in quo hic, pecuniam aut aliam rem fungibilem ab illo se accepisse, confessus, quam tamen vel non accepit, vel non accepisse constat, eandemque restiturum promisit*, adv. *tradentem & confitentem*, ad *reddendum id, quod se debere & accepisse confessus.*

Huic contraria est *Act.* non numeratæ pecuniæ, quæ datur *debitori Chyrographario*, adv. *creditorem, chyrographi possessorem, ad chyrographum, quo mutuum quidem confessus, sed non accepit, retradendum.* Quæ si intra biennium instituatur, onus probandi, solutionem factam, devolvit ad creditorem.

1. *Consensualis*, qualis est

I. Emtio-Venditio. Hinc oritur

1. *Act.* Emti, quæ datur *emtori* adv. *venditorem*, ad *rem venditam, soluto pretio, cum omni emolumento & accessionibus tradendam, & omne id, quod præterea ex Contr. Emt Vend. debetur, præstandum.* v. g Evictionem &c

2. *Act.* Venditi, quæ datur *Venditori* adv. *emtorem*, ad id, *ut pretium, una cum usuris, post moram perceptis, & sumtus, utiliter a venditore in rem factos, præstet.*

II. Locatio-Conductio. Hinc

1. *Act.* Locati, quæ datur *Locatori* adv. *Conductorem*, ut *mercedem præstet, rem, finito usu restituat, & damnum dolo, lata vel levi culpæ datum resarciat.*

2. *Act.* Conducti, quæ datur *Conductori* adv. *Locatorem*, ad id, *ut, si* operæ locatæ, fideliter præstentur, sin res, *illa uti frui liceat, eamque, ubi opus, locator reficiat, & præterea conductorem tam ratione rei conductæ, quam expensarum, necessariarum scil. & utilium, indemnem præstet.*

III. Emphyteusis. Hinc *Act.* Emphyteuticaria, utrinque directa; hinc datur

1. Illi, *cui Emphyteusis est promissa*, adv. *promissorem*, ad *rem tradendam, utile dominium transferendum, & si quid præterea interfit, præstandum.*

2. *Domino rei emphyteuticariæ* adv. *Emphyteutam*, ut *rem Emphyteuticarium curando & colendo meliorem reddat, incolumem conservet, at pensionem singulis annis præstet.*

Ab hac differt *Emphyteuticaria rei vindicatio.* De qua infra.

IV. Societas. Unde *Act.* pro Socio, itidem utrinque directa. Alio vero sensu est

1. *Directa*, quæ datur *alterutri Socio*, adv. *Consocium*, ad *rem vel operam in commune conferendam, & si quid præterea ex natura societatis alterum alteri præstare oporteat.* v. g. fructus &c.

2. *Utilis*, quæ datur ad *communicanda nomina, ex Edicto* D. PII *etiam sine cessione communia.* v. BOHM. *Comp. ff. Tit. pro Socio. §. 13. n. a.* Non itaque hæc act. pro Socio primario ad dissolvendam societatem tendit, sed eo nomine Act. Communi divid. agendum v BOEHMER. *c. l.* §. 15. Damnum a socio in corpus datum etiam L. Aquil. vindicatur. *c. l.* §. 20.

V. Man-

v. Mandatum. Unde *Act.* Mandati, quæ est

1. *Directa*, quæ datur *mandanti* adv. *mandatarium*, ad id, *ut mandatum præscripto modo exequatur, & siquid præterea ex b. f. præstandum, præstet.*

1. *Contraria*, quæ datur *mandatario* adv. *mandantem* ad *indemnitatem ratione mandati consequendam.*

1. *Innominatus.* Et quidem

1. *Regularis*; unde *Act.* præscriptis verbis, quæ datur ei, *qui aliquid dedit aut fecit, ut alter vicissim aliquid daret aut faceret*, adv. *eum, qui rem accepit, nec tamen suam vicissim dedit*, ad id, *ut & ipse rem a se promissam tradat, aut id, quod interest, præstet.*

Dicitur *præscriptis verbis*, quia non communis aliqua, specialis & usitata, sed *nova* & ad ipsum factum accommodata s. præscripta fuit formula. Dicitur etiam incerta & utilis, quandoque etiam in factum. Imo tam generalis est, ut applicetur ad omnes causarum figuras, in quibus æquitas actionem dari suadet, etsi non subsit contractus, ne quidem innominatus. Exempl. est in *Precario.* v. BOEHMERI *Comp. ff. Tit. de Præscr. verb. §.* 4.

Si datum repetere velim, instituitur *Condictio ob causam dati*, quæ est ex Quasi Contr.

1. *Irregularis*, cujus species sunt

1. Permutatio. Unde *Act. præscriptis verbis ex* Permutatione, quæ datur ei, *qui rem propriam sanam, animo permutandi dedit*, adv. *eum, qui rem accepit, nec tamen suam vicissim dedit*, ad id, *ut ipse rem a se promissam tradat, aut id, quod inter est præstet.*

2. *Contr.* Æstimatorius. Hinc *Act. præscr verb.* æstimatoria, s. *Act. de* Æstimato, quæ datur ei, *qui rem certo pretio æstimatam vendi-*

vendendam dedit, adv *eum, qui rem alterius ita accepit*, ad id, *ut vel res ipsa vel ejus æstimatio reddatur.*

Differt ab ea *Act. Æstimatoria* s. *Quanti minoris*, quæ est prætoria. De qua infra.

I. *Quasi* Contractus. Cujus species sunt

I. Negotiorum gestio; quæ est prætoria.

II. Tutelæ administratio. Hinc *Act.* Tutelæ, quæ est

1. *Directa*, quatenus scil. ex verbis legis est, & inter pupillum, atque tutorem obtinet; & diversimode consideratur; prout Tutor

1. *Legitime* suscepit Tutelam; tum, ea

1. *Durante*, instituitur *Act. s.* Postulatio suspecti, quæ datur *cuivis de populo, etiam mulieribus, quæ Pupillo sunt conjunctæ, aut alias pietate ad accusandum feruntur*, adv. *Tutores quoscunque*, ad id, *ut Tutor suspectus declaretur, & ab officio, reddita ratione, removeatur.*

1. *Finita*, & locum habet

1. *Act.* Tutelæ insp, quæ alio sensu est

1. *Directa*, quæ datur *Pupillis* adv. *Tutores*, ad id, *ut rationes reddant, reliqua solvant, & damna levi culpa data, resarciant.*

1. *Contrariæ*, quæ datur *tutoribus* adv. *pupillos*, ad *indemnitatem ratione tutelæ gestæ consequendam*

2. *Act. de* rationibus distrahendis, quæ datur *Pupillo* adv. *Tutorem, qui ex bonis Pupilli durante Tutela aliquid abstulit, & in rationes non retulit*, ad *duplum veri pretii rei ablatæ.* Concurrit cum act. Furti, L. Aquil. &c. nec, quatenus pœnam continet, act. Tutelæ tollitur.

De *Act. Tutelæ subsidiaria* infra sub Quasi Contr. erit agendum.

1. De

1. De *facto*, absque tamen dolo malo, ut *Putativus Tutor*, & locum habet *Act. Pro-Tutelæ*, quæ est Prætoria.
1. *Falso* & *dolo malo*. Et obtinet Act. Edicti: *Quod Tutore falso autore gestum*, quæ ex jurisdict. prætoria est.

1. *Utilis* quæ ex interpretatione in Curatela gesta locum invenit, & proprie dicitur *Act.* Curatelæ; & hæc itidem est
1. *Directa*, quæ datur *Minoribus*, *& aliis qui sunt sub Cura*, adv. *Curatores*, ad *eundem finem, ut in act. Tutelæ, consequendum.*
1. *Contraria*, quæ datur *Curatoribus* adv. *Minores & alios qui sunt sub Cura*, ad *indemnitatem ratione curæ gestæ consequendam*

III. Hereditatis aditio, ex qua nascitur *Act.* ex Testamento, quæ est
1. *Directa*, competens *Legatariis & Fidei commissariis particularibus* adv *heredes*, *aliasque personas oneratas*, ad id, *ut præstentur legata & fidei commissa cum suis accessionibus.*
1. *Utilis*, quam Prætor dedit, & dicitur *Actio Edicti*: *Siquis omissa testamentaria causa* &c. De qua infra.

IV. Rerum communio. & quidem
1. *Universalium*, unde *Act.* Familiæ erciscundæ; descendit ex LL. XII. Tabb. & datur ei, *qui fatente adversario est heres, aut adminimum cum adversario possidet hereditatem*, adv *coheredem*, ad id, *ut res hereditariæ dividantur, sumtusque ex hac causa facti & damna pro competente parte refundantur.*
1. *Singularium* & quidem
1. *Mobilium*; *unde Act.* Communi dividundo, quæ est
1. *Directa*, si *jure dominii res corporales* sunt communes.

1. *Utilis*

1. *Utilis*, ſi *res incorporales*, aut *corporales quidem*, *ſed alio jure in re ſint communes*, adv. *ſe invicem*, ad *res illas dividendas*, poſt communionem *percepta communicanda*, *damnaque & impendia, ab alterutro facta, reſtituenda.*

1. *Immobilium*, inprimis *prædiorum ruſticorum*, & datur *Act.* Finium regundorum, illis ſcil, *qui confines agros habent*, *quorum termini præter culpam ſunt confuſi*, adv *ſe invicem*, ad id, *ut termini confuſi rite diſcernantur & declarentur*, *nec non id*, *quod eo nomine intereſt*, *præſtetur.*

V. Indebiti ſolutio, cujus ſpecies eſt Pro-Mutuum, quando *pecunia vel alia res fungibilis*, *vel ex errore*, *vel in anteceſſum*, Gallice: *par avance*, *data.* Eſt autem indebiti ſolutio in genere

1. *Simplex*, ubi *citra conſenſum meum deliberatum res pervenit ad alium*, ſcil.

1. Ex *errore* ſolventis, quando

1. *Simpliciter* aliquid ſolvitur indebite, & quidem

1. *Quantitas*, ubi datur *Condictio ex* Pro-Mutuo, *illis*, *qui indebitum per errorem ſolverunt*, adv. *accipientes vel delegantes*, ad *tantundem ſine uſuris reſtituendum.*

1. *Species*, & datur in ſp. *Cond.* Indebiti, ad id, *ut illa ipſa res cum omnibus fructibus reſtituatur*, *deductis tamen impenſis.*

1. Quando *plus*, *quam debetur*, ſolvitur; & datur *Actio* Condictitia.

1. Ex *dolo* adverſarii; & quidem

1. *Vero*, ubi diſtinguitur inter negotium

1. *Bonæ fidei*, & datur *Remedium* nullitatis, *dolo deceptis.* adv. *decipientes*, ad id,

id, *ut contractus pro nullo declaretur ac resolvatur.*

Agitur etiam ex *ipso contractu*, ad interesse, utrobique ad 30. an.

l. *Strict. juris* Et datur *Act. Doli* quæ est prætoria, de qua infr. v. BOEHMERI *Comp. ff. Tit. de dolo m. §. ult.*

l. *Præsumto*, & quidem in læsione

l. *Minoris*, ubi datur *Act. s. Imploratio pro restit. ob æt. minorem.* Quæ itidem est prætoria.

l. *Majoris*, qui læsus

l. *utra dimidium*, & locum habet *Condict. ex* l. 2. C. de Rescind. Vend. s. Querela enormis læsionis, quæ datur *ultra dimidium justi pretii læsis*, adv *lædentem*, ad id, *ut suppleat quod justo pretio deest & contractus rescindatur.*

l. In *re vitio occulto laborante*, unde *Act. ædicti redhibitoria*, it. *Quanti minoris*, s. *æstimatoria.* Quæ sunt juris ædilitii; de quo infr.

l. *Qualificata*, ubi res *ex consensu tradentis* pervenit ad accipientem, & hoc

l. *Sine causa.* Unde *Condict.* sine causa, quæ datur *illis, qui rem promiserunt vel dederunt*, adv *illos, penes quos sine causa res existit*, ad *obligationem vel rem illam repetendam.*

Si res consistat in pecunia vel alia re fungibili, datur itidem Condictio ex *Pro-Mutuo.* v. supr.

Datur quoque *Marito*, adv. *uxorem*, ad *res, durante matrimonio ablatas, recuperandas.* v *l* 25 *ff. de act. rer. amot.*

Si res furto ablata, datur contra furem *Condictio furtiva.* De qua supra sub Condictionibus, quæ immediate ex lege descendunt, actum est.

l. *Ob causam*, eamque

l. *Honestam*, hinc *Cond.* Causa data, causa non secuta, quæ datur *ei, qui aliquid ob causam honestam, futuram, dedit, quæ tamen non secuta*, adv. *accipientem, qui tamen, quod*

promiſit, non præſtitit, ad id, *quod datum eſt, cum acceſſionibus & fructibus reſtituendum*, aut, *ſi jam conſumtum, vel culpa amiſſum, ejus æſtimationem.*

Si res conſiſtit in pecunia vel alia re fungibili datur itidem Condict. ex *Promutuo*. De qua ſupr.

Differt ab act. *præſcr. verbis*, quæ non ad repetendum, ſed implendum, non ad rem, ſed intereſſe datur.

1. *Inboneſtam*, ſ. *turpem*; unde *Condict.* ob turpem cauſam, quæ datur *illis, qui aliquid dederunt, vel promiſerunt, aut accepto tulerunt, ob cauſam, ratione ſolius accipientis inboneſtam*, adv. *accipientes*, ad id, *quod turpiter acceptum, cum fructibus & acceſſionibus repetendum.*

1. *Injuſtam.* Unde *Condict.* ob injuſtam cauſam; quæ datur *ei, cujus res ex injuſta cauſa*, v. g. metu, *ad alterum pervenit*, adv. *eum, qui eas conſecutus eſt*, ad *acceptum reſtituendum.*

VI. Litis conteſtatio. Hinc datur

1. *Act.* de Edendo

1. *Ante Litem conteſtatam, reo contra actorem*, ad *genus futuræ litis deſignandum, vel inſtrumenta, quibus actor uſurus eſt, edenda*, ut *ſecum deliberare poſſit reus, cedere ne, an contendere malit.*

1. *Poſt L. C collitigantibus*, principaliter vero *reo*, vel *cui intereſt*, adv. *actorem*, inter plures eum, qui poſſidet, ad *edenda inſtrumenta, ad probandum neceſſaria*, etiam illa, quæ reo proficua ad exceptionem probandam, licet actor iisdem non ſit uſurus, *vel ad quod intereſt præſtandum.* Tertius adſtringitur ex æquitate *actione in factum.*

2. *Act.* Judicati *Actori, qui ſententiam pro ſe obtinuit*, adv. *eum, qui ſuo nomine in judicio eſt condemnatus*, ad id, *ut illud, in quod condemnatus eſt, ſolvat.*

Differt *act. in factum, ad laudum arbitri ſervandum*, quaſi ex re judicata, quod hæc ex vero conſenſu deſcendat. De qua infra

VII.

VII. Jactus marinus. Unde *Act. ad* Contributionem ex L. Rhodia de Jactu; quæ est

1. *Directa*, quæ datur illis, *quorum res tempore tempestatis marinæ, levandæ navis causa, ejectæ fuerunt*, adv *Convectores, quorum res salvæ manserunt*, ad id, *ut facta contributione, detrimentum illud pro cuiuslibet parte resarciatur.*

1. *Utilis*, quæ etiam multis aliis casibus, *ubi æquitas damnum, uni datum, communi collatione resarciri postulat*, datur. Qua de re LAUTERBACH. spec. conscripsit Disp. *de æquitate & extensione L. Rhodiæ.*

VIII. Alienatio rei ad quam alter habet Jus Protemiseos, & quidem

1. *Ex jure*, utp. Dominus directus in Emphyteusi, it. Censu, nec non *Creditores* in venditione rerum debitoris sui sub hasta, utpote quibus in re vendenda prælatio competit pro extraneo emtore. Datur itaque iis *Act.* Redhibitoria ex j. Protemiseos, adv. *venditorem*, ad id, *ut a venditione istius rei in extraneum abstineat, & rem cum ista conditione & jure, item pretio, quod extraneus emtor vel licitator obtulit, ipsi emendam exhibeat.* Sed hodie hoc in plerisque locis cessat.

1. ex *Cognatione* } quod tamen moribus Germaniæ sal-
1. ex *Vicinitate* } tem quibusdam in locis obtinet. Qua de re infra agendum erit.

Differt ab hac: *actio ex j. Retractus*, quæ ex jure in re oritur, de qua supra.

IX. Adhibitio interceſſionis invalidæ alterius perſonæ v. g. mulieris. Unde

a) *Act.* Institutoria, quæ competit *creditori, qui, dum cum alio contracturus, jam cum muliere, quæ intervenit, contraxit*, contra *primum contrahentem, in cujus utilitatem uxor contraxit*, ad id, *quod in obligatione cum uxore initia venit, præstandum.*

b) *Act.* Restitutoria s. Rescissoria, quæ datur *Creditori, quando mulier debitoris sui obligationem expromisit*, adv. *priorem debitorem*, ad id, *ut rescissa*

nova hac mulieris obligatione, actio prior contra veterem debitorem reviviſcat & reſtituatur. vid. BOEHMERI *Comp. ff. Tit. ad Sct. Vellej. §. 22. & 23.*

Reliquæ ſunt Prætoriæ, de quibus infra.

1. Alienus, ex quo obligamur
   1. Ob *conſenſum* noſtrum prævium, unde J. prætorio oriuntur *actiones adjectitiæ.* De quibus negotiis infra agendum.
   1. Ob *poſſeſſionem rei*, circa quam ab alio aliquid factum eſt, ob quod Legislatores par eſſe duxerunt, quem libet ejus poſſeſſorem, ad exemplum actionum in rem, teneri, unde etiam hæ act. perſonales *in rem ſcriptæ* appellantur, de quibus infr.

1. *Illicitum*, ut Delictum, quod eſt
   1. Privatum, ex quo oritur actio privata, *quam privatus ad jus ſibi competens tuendum, inſtituit*; eſtque
      1. Verum. Cujus ſpecies ſunt
         1. Furtum, quod committitur ab aliquo
            1. ex *Familia*, utp. Conjuge divertente; & locum habet *Act.* Rerum amotarum, quæ eſt
               1. *Directa*, quæ datur *illis, qui quondam conjuges fuerunt*, adv. *ſe invicem*, ad *res, conſtante matrimonio divortii cauſa amotas, recuperandas, aut, ſi non amplius extent, illarum æſtimationem.*
               1. *Utilis*, quæ datur *marito reconvaleſcenti* adv. *uxorem, intuitu mortis mariti res ejus auferentem*, ad *eas reſtituendas.* v. BOEHMERI *Comp. ff. Tit. de act. rer amot. §. 2. in fin.*
            1. ab *Extraneo*; & quidem in rebus, quæ ſunt
               1. *Extra poſſeſſionem alicujus*, ut in *Hereditate jacente*, & datur *Act* expilatæ hereditatis, *heredibus & ſucceſſoribus defuncti*, adv. *eos, qui ante aditionem hereditatis res hereditarias interverterunt, aut ſurripuerunt, ad poenam aliquam extraordinariam.*

                  Contra teſtamento manumiſſum expilatorem datur remedium prætorium; de quo infra.
               1. *In poſſeſſione certi cujusdam domini*, quod contingit
                  1. Quadantenus *voluntate* domini, ut in ludis vetitis, ubi inſtituitur *Act. de* Aleatoribus, quæ datur

iis,

iis, qui vel ab initio compulsi sunt ad ludendum, vel postquam victi, sunt detenti, adv. *aleatores compellentes aut detinentes*, ad id, *ut aut mulcta mulctentur, aut in opus publicum condemnentur.*

1. *Citra ejus voluntatem*, utp.

1. In *arboribus*, & datur *Act.* Arborum furtim cæsarum. scil. *domino earum, etiam utili*, adv. *eum, qui suis manibus arbores succidit, deglabravit, vel tale quid fieri mandavit*, ad *duplum ejus, quod interest.*

2. In *tigno.* Et datur *actio de* Tigno juncto, *domino tigni*, adv. *dolo malo tignum ædibus suis jungentem, & sic etiam contra fabrum lignarium*, ad *poenam dupli.*

3. In *mercibus seductis* a nauta vel auriga, & datur: *Actio* oneris averſi, illis, *qui onus*, v. g. frumentum, *vehendum alii locavit*, adv. *illum, qui vehendum conduxit*, nautam scil. vel aurigam, *sed avertit, i. e alio vertit seu surripuit*, ad *duplum*, instar act. furti. Aliter eam describit OLDENDORP. *in Progimnasm. act. forens. p. 747.*

4. In *aliis rebus quibuscunque mobilibus*, & datur *Act.* Furti, omnibus *quorum ex justa causa immediate interest*, adv. *fures*, ad *poenam, si furtum manifestum, quadrupli, si non manifestum, dupli*, & hæc descendit ex XII. Tabb.

De *Condictione Furtiva* quæ immediate ex lege est, v. supra

2. Rapina, unde act. Prætoria.

3. Damnum injuria datum, & quidem

1. In *causis judicialibus*, unde *Condictio ex* L. de Sportulis, f. *Act.* Condictitia, quæ datur ei, *qui damnum passus est, ex gravamine Sportularum, quas ultra debitum modum solvit*, adv. *actorem, qui dolo malo ideo plus complexus fuit in libello, ut reus majores solveret sportulas.* item adv. *executores litium, qui scienter majores sportulas exigunt*, & quidem *contra illos, in triplum, contra hos vero in quadruplum.*

1. *Extra judicialibus.* Et quidem damnum inferendo
   a) *Arboribus*, & eadem actio hic obtinet, quæ supra in furto arborum.
   b) *Terminos movendo*, & datur
      a] *Act. de* Termino moto, *ex L Agraria, cuivis de populo*, adv. *illos, qui terminos statutos extra suum gradum finesque dolo malo moverunt*, ad *poenam* 50 *solidorum in singulos terminos motos, fisco inferendam.*
      Est quoque delictum extraordinarium inprimis in terminis publ.
      b] *Act.* viæ receptæ, quæ datur ei, *in cujus agrum aliquis viam publicam ulterius rejecit, i. e. fecit ut per agrum vicinum jam publice commeatus fiat*, adv. *rejicientem*, ad id, *quod interest actoris.*
   c) Aliis *quibuscunque rebus*, & datur *Act.* L. Aquiliæ, quæ Plebi Rom. originem debet, & est
      1. *Directa*, quæ datur *Domino, cuius rei nocitum*, adv. *illum, qui damnum* & quidem *corpore in corpus intulit*, ad id, *ut damnum resarciatur*, & quidem, *si servus vel quadrupes, quod pecudum numero est, occisum, quanti res eo anno*, si v. *non pecudum numero est, quanti* 30. *diebus proximis plurimi fuerit, aut, si reus inficiatus fuerit, ad duplum.*
      1. *Utilis*, quæ datur *aliis, qui jus in re læsa habent*, vel si *quis non corpore suo, sed alio modo, corpus tamen corrumpendo damnum dedit.*
      1. In *factum.* Quando *quis neque corpore neque in corpus, alio tamen modo damnum dedit.* v. g. si quis servum compeditum solverit, ut aufugeret.
4. Injuria, quæ variis itidem modis committitur, diversisque actionibus vindicatur. Prout scil. est
   1. *Realis*, quæ fit
      1. *In corpus*, & agebatur *ex* L. XII. Tabb. propter *membrum ruptum ad talionem*, propter *os fractum ad poenam pecuniariam;*
      Hodie, si quis *pulsatur*, [quod fit sine dolore,] vel *verberatur* [cum dolore] vel *domus alicujus vi*

vi introita, vel *facta admenatione* [Germ. das Degenzucken] agitur ex L. Cornelia, & quidem

1. *Civiliter* Act. ſcil. Æſtimatoria, quæ datur *omnibus, qui injuriam paſſi, ſ. per ſe, ſ. per alios*, adv. *illos, qui injuriam intulerunt, aut inferri curarunt*, ad *injuriæ illatæ æſtimationem conſequendam.*

1. *Criminaliter*, ad *poenam pecuniariam fiſco applicandam*, vel *corporis afflictivam reo infligendam.*

1. In *Manes defunctorum*, ſcil. per *publicationem Teſt. ejus, qui vi occiſus, antequam de familia ejus quæſtio haberetur*; Et datur *Act. ex* Scto Silaniano *curvis de populo*, adv. *heredem, qui ſciens publicavit Teſtamentum vi occiſi, antequam de familia ejus quæſtio haberetur*, ad *poenam privationis hereditatis.*

Dedit quoque Prætor act. contra tertium, de quo infra.

1. *Verbalis* & quidem

1. *Directo* animo injuriandi,

1. *Ore prolatis*, & agitur

1. *Criminaliter* ex *L.* Cornelia, ut antea.

1. *Civiliter*

1. Ad *poenam ſibi applicandam* act. Æſtimatoria, de qua antea.

1. Ad *famæ ablatæ quaſi reſtitutionem*, quo caſu injuria eſt

1. *dubia*, nec ſatis conſtat de animo injuriandi, & agitur ſaltem ad Honoris declarationem, Germ. Ehren-Erklährung.

1. *Certa*, quæ

1. *Levior*, & agitur ad Deprecationem, Germ.: Abbitte.

1. *Gravior*, & locum habet *Act.* Recantatoria, ſ. *ad* Polinodiam, Germ.: Wiederruff. Quæ datur *illis, qui injuriam verbalem ſunt paſſi*, adv. *illos, qui talem injuriam intulerunt, vel per ſe vel per alios*, ad id, *ut dicta famoſa reclamet & a ſe iniuſte*

injuſte prolata, fateantur, læſamque quodammodo exiſtimationem actori aperte reſtituant.

1. *Scripto comprehenſis*, omiſſo tamen nomine, ut in *Famoſo libello*, & datur *Act.* Famoſi libelli, ei, *cui certum & famoſum aliquod crimen in ſcriptis obiectum*, contra *divulgantem*, ad *poenam talionis* p. Conſt Crim art. 110.

1. Saltem per *Diffamationem*, & locum habet *Act. ex* L. Diffamari C. de ingen. & manumiſſ. quæ per implorationem judicis inſtituitur, de qua infra.

I. Quaſi, quod contingit

1. Ex *Facto proprio*; quorſum ſpectat

1. *Imperitia judicantis*, ſcil. ſi judex litem ſuam fecerit, hinc *Act. in factum* male judicati. ſ. *Act. de* Syndicatu. Quæ datur illi, *qui per imperitiam vel imprudentiam judicis ſententia eſt læſus*, adv *judicem, talem ſententiam ferentem*, ad id, *quod judici æquum viſum fuerit.*

2. *Exſtruendo opus, quo alteri per aquam fluviam nocetur*, unde datur *Act.* Aquæ pluviæ arcendæ, quæ eſt

1. *Directa*, quæ datur *Domino*, *cuius agro ex opere alterius, manu facto, nocitura eſt aqua pluvia*, adv. *illum, qui tempore movendæ actionis dominus eſt eius loci, in quo opus factum*, ad id, *ut opus illud deſtruatur, res in priſtinum ſtatum reſtituatur, & damnum, ſi quod inde poſt L. C. contigerit, refundatur.*

1. *Utilis*, quæ datur etiam *non dominis, aliisque utile dominium habentibus*, adv. *itidem dominium utile habentes.*

3. *Poſſeſſio rei, ex cuius ruina damnum metuitur.* Unde datur *Act.* damni infecti, [quæ tn. proprie non eſt actio, ſed imploratio judicis] qua *petitur cautio de damno infecto, ſi quod contigerit, reſarciendo.* Quod ſi cautio non præſtita, & actor a Prætore in poſſeſſ. miſſus, ab adverſario autem non admiſſus, datur ipſi *Actio in factum* ob non præſtitam cautionem *damni infecti*, [quæ tamen proprie ex vero delicto eſt,] adv. *eum, qui miſſum non admiſit*, ad id, *quod cautione præſtita, reus præſtare debuiſſet.* Ab his act. differt *Act. ex ſtipulatu de damno infecto.* De qua ſupra.

4 *Negli-*

4 *Negligentia in constituendis Tutoribus, a Magistratu commissa.* Unde *Act.* Tutelæ subsidiaria, quæ descendit ex Scto, & datur *Pupillis* adv. *Magistratus, qui in Tutelæ constitutione dolum vel culpam admisere*, ad *damnum, quod inde pupillis obvenit, in quantum a Tutoribus horumque heredibus aut fidejussoribus non potuit resarciri, resarciendum.*

l. *Alieno*, & obligationem producit contra possessorem qui nihil deliquit, qui tenetur Actione quæ adjectitia sua qualitate Noxalis audit. Et quidem

1. Ex sola possessione delinquentis

1. Servi. Unde *Act.* in specie Noxalis, quæ datur illis, *qui ex privatis Servorum delictis sine culpa domini sunt læsi*, adv. *illos, qui tempore actionis movendæ servorum noxiorum domini sunt, vel illos opinione domini possident*, ad id, *ut vel damnum resarciant, vel servum noxæ dedant.* Estque

1. *Civilis*, quæ datur ex *maleficiis, quæ LL. puniuntur*

1. *Prætoria*, quæ datur ex *maleficiis a Prætore* punitis, de qua infra.

1. *Animalis* & quidem

1. *Mansueti.*

1. *Contra naturam*, Unde datur in specie *Act. de* Pauperie s. Quadrupedaria, s. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Quæ datur ei, *cui damnum ab alieno animali contra naturam sui generis, proprio motu, sine hominis culpa datum, aut cujus interest*, adv. *illum, qui tempore actionis instituendæ dominus est animalis, aut pro domino id possidet*, ad id, *ut aut animal noxæ dedatur, aut damnum resarciatur.* Et est

1. *Directa*, quando scil. secundum verba LL. XII. Tabb., *quadrupes, etiamsi pecudum numero non sit, pauperiem fecerit.*

1. *Utilis*, quæ secundum sententiam legis obtinet, *cum bipes vel etiam fera bestia, quando adhuc erat in dominio nostro, nocuit.* Vel, *ubi quis ejusmodi*

modi animal contra edictum ædilitium ibi habuit, ubi vulgo iter fit, & damnum inde datum sit. Concurrit itaque cum ædilitio edicto.

1. *Secundum naturam lædentis*, unde *Act. de* Pastu pecoris, quæ datur ei, *cujus interest*, adv. *dominum animalis, quod depascendo alienos fructus sine culpa hominis damnum dedit*, ad id, *ut aut damnum resarciat, aut animal noxæ dedat.*

1. *Ferocis bestiæ*, e. g. Canis, Verris; & datur *Act. ædilitia in factum*. De qua infra.

1. *Rei*, circa quam ab aliquo delictum commissum, ob quod Llatores quemlibet ejus possessorem, ad exemplum actionum in rem, voluerunt obligatum, unde hæ act. *mixtæ* s. *Rei & pœnæ persecutoriæ* dicuntur, de quibus infra.

1. Publicum, & hoc est

1. *Quasi*, s. *Populare*, ex quo oritur *Act.* Popularis, ita dicta, quod *cuivis de Populo*, modo integræ sit opinionis, *jus agendi competat*, ad illa, quæ jus populi vel *causam omnium communem spectant, tuenda.* Et hæc est

1. *Simpliciter talis*, quam habet *quisque de populo, sine peculiari interesse.* Quo spectat:

1. Act. s postulatio *suspecti Tutoris* vel *curatoris.*
2. Act. de *termino moto*, ad pœnam 50 solid. fisco applicandam.
3. Act. ex *Scto Silaniano contra heredem*, ad privationem hereditatis, fisco adjudicandæ.

1. *Secundum quid*, in qua peculiare agentis privatum interesse simul vertitur. Et in his actionibus is, cujus interest, vel magis idoneus est, reliquis præfertur.

1. *Proprium*; Quod est

1. *Ordinarium.*

1. *Extraordinarium.* Ex quibus singulis nec oriuntur nec dantur Actiones Civiles, sed Criminales, quæ proprie Accusationes dicuntur & huc non pertinent. Sed hodie ex recepta Germaniæ consuetudine Fiscus delicta sibi vindicat, ita tamen, ut accusare volentes non repellantur.

C. Ex utroque jure scil. in re & ad rem *simul participans*, & dicitur *Act.* Mixta, quoniam scil. partim *ex j. in re* scil. *dominio.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0032
DFG

minio, partim ex *j. ad rem* ſ. *obligatione oritur*. Ita tamen, ut, qua hoc,

1. Ex *Conventione ſimul* oriatur, & ſic partim *rem ipſam*, ſeu id, *quod noſtrum eſt*, partim *id, quod nobis ab adverſario debetur*, ſeu *præſtationes perſonales*, v. g. fructus perceptos, *perſequatur*; & ſic tam ratione *objecti*, quam *cauſæ efficientis* mixta ſit. v. HOPP. *in Com. ad §. 20. J. de Act.* Et horum aliæ ſunt

1. Magis *reales*, quia potiſſimum in rem directæ, & *præſtationes perſonales ſaltem per accidens ibidem occurrunt*, & Mixtæ in ſpecie, ſeu Rei perſecutoriæ dicuntur. Quorſum ſpectat,

1. *Heredit petitio.* 2. Act. *Fam. Herciſcundæ.*
3. Act. *Comm. dividundo.* 4. Act. *Finium regundorum.*

1. Magis *perſonales*, quoniam ſcil. *principaliter ex j. ad rem*, ſ. *obligatione, deſcendunt, per conſequens tamen etiam adverſus rei, circa quam quid factum, tertium poſſeſſorem ex ſpeciali legis diſpoſitione competunt.* Hinc inſp. *act.* in rem ſcriptæ audiunt. Quales ſunt

1. Act. ad *exhibendum.*
2. Act. *aquæ pluviæ arcendæ.*

1. Ex *Delicto* ſimul participant, & ratione *objecti* tantum mixtæ, quoniam ſcil. *rem* & *pœnam* [cujus loco quandoque *intereſſe* venit] perſequuntur. Et hinc dicuntur *&* Rei *&* Pœnæ perſecutoriæ, ſuntque duplicis generis

1. Ab *initio* tales, utp.

Act. *de Tigno dolo malo juncto.*

1. Ex *poſt facto*, quæ ex delicto, legibus notato, ſcil. inficiationis, doloſæ procraſtinationis, aut contumaciæ, facultatem utrumque perſequendi acceperunt. Utp.

1. Ex contractu vero, Act. depoſiti miſerabilis.
2. Ex Quaſi Contr. Act ex Teſtamento de legatis ad pias cauſas. v. §. 19. *J. h. t.* & act. ad exhibendum.
3. Ex Delicto, Act. Quod metus cauſa; & Act. L. Aquiliæ.

1. Dativa, quæ ex *certa æquitatis cauſa, cum alias ſtricta juris ratione actio deficeret, immediate eſt introducta & accommodata.* Cujus ſpecies ſunt

I. Act. Utilis ex æquitate *in specie*, ſ. κατ' ἐξοχήν, [& differt ab act. *utili nativa*, quæ & in *factum civilis* dicitur, de qua ſupra p. 61.] quæ *immediate ex ſola juris civilis diſpoſitione introducta*, idque intuitu æquitatis, fundantis ſemet

1. In *Subjecto*, & quidem
   1. *Activo*; ſic
      a) Act. *Realis*, ſcil. Rei Vind. utilis datur
         1. *Pupillo*, minori, uxori, militi, Eccleſiæ, Civitati, in re, pecunia iſtorum comparata.
         2. *Uxori*, certo in caſu, res propter nuptias donatas, durante matrim. repetenti.
         3. *Curatori bonor. abſentis*, qui realibus & perſonalibus actionibus utiliter agit.
         4. *Domino tabulæ*, quæ pictura alterius amiſſa. v. §. 34. *J. de Rer. Div.*
      b) Act. *perſonalis* datur omnibus illis, quibus ex alterius contractu actio utilis acquiritur; de quibus VINN. *ad §. 4. J. de inut. ſtip.*
   2. *Paſſivo*. Cujus intuitu in genere datur adverſus omnes, qui
      1. Dolo malo deſierunt poſſidere. v. BÖHMERI *Comp. ff. Tit. de alienat. jud. mut.* §. 3.
      2. Liti ſemet obtulerunt.
      3. In caſu *l.* 13. §. 4. *de Hered. pet.* contra emtorem hereditatis, ubi vel venditor non extat, vel modico vendidit, vel b. f. poſſeſſor ſaltem fuit.
2. In *Objecto*, utp.
   1. *Quando realis aut perſonalis actio alicui ceditur, & ceſſionarius ſuo nomine experiri vult.* v. BRUNNEM. *Tr. de ceſſ. act. Cap. V. n.* 18. *ſqq.* Ita domino negotii geſti ſæpius utilis adv. eum, cum quo geſtor contraxit, competit. BRUNN *cl. C.* 3. *n.* 63.
   2. *Quando alter cum injuria alterius locupletatur*, tunc enim, etſi pupillus vel minor ſit, adverſus eum in tantum utilis actio datur ex *Reſcripto* D. PII. vid. *l.* 1. § 15. *ff. Depoſiti.*
   3. *Quando alter recuſat dare, quod danti non nocet, alteri vero, ad ſuum obtinendum & damnum evitandum, prodeſt.*

De quibus tamen omnibus notandum, quod ſine L. diſpoſitione, æquitatem aliquam firmante, & facultatem agendi ideo introducente, actio utilis non ſit fingenda. v. FROMMANNI D. *de actionibus per diviſionum delineationem. Cap. II.* §. 3.

2. Implo-

2. Imploratio Judicis. Quæ denotat aliquando

a) *Officium illud judicis, quo hodie magistratus ordinarius, sine actore, ex officio*, ut dici solet, veluti in Criminalibus, *agit.*

b) *Remedia, in quibus magistratus extra ordinem procedit*, actione solenni non prodita, nec dando judicem pedaneum.

c) *Aliquando instruit officium judicis pedanei, quid ex officio, actione ex contractu b f. instituta & pendente, ex æquo & bono adjudicare debeat.*

d) In J. Canon. denotat *remedium, quod coram judice ecclesiastico intentari potest, deficiente actione civili, ad peccatum evitandum.* v. BÖHMERI *Comp ff. Tit de Condict. ex L. §. ult.* In secunda significatione huc spectant

1. *Act. ad* alendum partum semel agnitum. v. BÖHM. *cl. Tit. de agn. & al. lib. §. 5.*

2. *Act. ad* consequendum honorarium, quæ datur *Advocato ubi certum non promissum.* v. BÖHM. *cl. Tit. de Post. §. 12*

3. *Act. ad* petendum usuras non promissas. v. BÖHM. *cl. Tit. de usur § 3.*

4. *Querela* nullitatis Testamenti. v. HOPP. *in Com. J. de Inoff. Testamento pr. not. 1. in f.*

5. *Act. de* Collatione. Quæ datur inter liberos, defuncti *coheredes*, ad res, *vivente patre vel matre ab uno liberorum perceptas, in communem divisionem conferendum.*

6. *Remed. ex L.* Diffamari C. de ingen. manum. quod est *remedium juris, quo diffamatus in suo foro agit contra diffamantem, ut diffamator intra certum terminum ad agendum adigatur, eidemque, si hoc non faciat, perpetuum silentium imponatur.*

7. *Remed. ex L.* Si contendat ff. de fidejuss. Quod est *remedium juris, reo competens, quo, actore agere cessante, exceptionem suam coram judice proponit, petitque*, ut *Judex sua sententia, sibi exceptionem competere & se contra actoris intentionem tutum esse, declaret.*

8. *Remed ex L.* Un. C. ut nemo invit. agere. *Quo aliquis, ex loco, quo ad tempus commoratus, recessurus in patriam, cum metuit fore, ut conveniatur in ipso itineris sui procinctu, ne iter ipsius retardetur, petit a judice suo assignari terminum certum cuique, contra ipsum agere volenti, ut intra terminum illum agat, sub comminatione præclusionis s silentii, si hoc non faciat.*

1. Ex *jure* Honorario ſ. ex Magiſtratuum edictis, & prioribus oppoſitæ, ſpeciali ſenſu *extraordinariæ* dicuntur, deſcenduntque
   1. Ex j. Prætorio, & itidem pro cauſa ſua immediata agnoſcunt
      1. *Jus* Perſonarum. Et dicuntur præjudiciales prætoriæ, & reſpiciunt
         1. Statum Libertatis quorſum ſpectat *Act. de j.* Patronatus quæ eſt
            1. *Directa* quæ datur Patrono contra libertum, qui ſe pro ingenuo gerit, & v.v. *Liberto* contra *Patronum, ad declarandum jus Patronatus, vel ingenuitatis.*
            1. *Utilis*, quæ datur *Domino & Vaſallo, ſi alter horum jus in alium prætendit.* v. STRYCKIUS in *Ex. j. Feud. Cap. 24. Qu. 15.* Diſſent. SCHNEIDEW. *ad §. 13. J. de Act.*
         1. Familiæ unde *Act. de* Partu agnoſcendo, ſ. Filiatione, quæ eſt
            1. *Directa*, quæ datur *Patri aut matri* adv. *illum, qui filium ſe eſſe*, vel *filio* adverſus *illum, qui ſe patrem aut matrem eſſe negat*, ad *declarandum jus filiationis aut pater-ſive maternitatis.* v. *tot. Tit. ff. de partu agn.*
            1. *Utilis*, quæ etiam ad *fratres, agnatos, maritum, ſponſum*, &c. applicatur.
      1. *Jus* Rerum & quidem
         A. In re. Unde actiones dicuntur *in rem.* Cujus ſpecies ſunt
            1. Dominium. Quod eſt
               1. *Verum.* Et quidem
                  1. *Directum.* Ex quo act. deſcendentes ſunt Civiles.
                  1. *Utile*, quod hujus loci; Ejusque Species ſunt
                     1. *Emphyteuſis*, unde *Rei Vindicatio* Emphyteuticaria ſ. *Act.* Vectigalis, quæ datur illi, *cui Emphyteuſis eſt conſtituta*, adv. *quemcunque poſſeſſorem, etiam dominum rei emphyteuticariæ*, ad id, *ut judex declaret, rem ad actorem jure emphyteuticario pertinere, & adverſarium ad illius reſtitutionem cum omni cauſa condemnet.*

                     Differt ab hac *act. Emphyteuticaria*, ex promiſſione Emphyteuſis, quæ eſt perſonalis civilis.

                     2. *Super-*

2. *Superficies.* Unde *Rei Vind.* Superficiaria, quæ eodem modo ut prior actio datur *Superficiario.*

Convenit cum his *Rei Vind.* Feudalis, quæ ex j. Feudali oritur, & eodem modo datur *Vasallo, si feudum ab alio detineatur,* contra *detinentem, etiam ipsum dominum.*

I. *Quasi* s. *Fictum*, quod jure prætorio habere censetur.

1. *Bonæ fidei possessor*, hinc datur *Act.* Publiciana *in rem*, illi, *qui rem non vitiosam, sibi a non domino traditam b. f. & justo titulo accepit, eamque, usucapione nondum impleta, casu iterum amisit*, adv. *quemcunque infirmiore jure possidentem*, ad id, *ut actor Quasi dominus illius rei declaretur, & res ipsi, perinde ac si usucapta non esset, restituatur.* Hinc Practicis usitata clausula: *Peto hanc rem mihi restitui jure domini vel quasi.*

2. *Dominus rei ab alio usucaptæ*, hinc: Quasi-Publicana s. Restitutoria, it. Rescissoria, quæ datur illi, *cujus res ob absentiam vel aliud justum impedimentum est usucapta*, adv. *quemcunque istius rei possessorem*, ad id, *ut actor, rescissa usucapione, dominus illius rei declaretur, eaque ac si usucapta non fuisset, restituatur.*

3. *Creditor rei in fraudem ipsius alienatæ*; Hinc *act.* Pauliana, s. Revocatoria, quæ datur *Creditoribus, in quorum fraudem debitor bona sua alienavit*, adversus *illorum possessores*, ad id, *ut eadem, rescissa alienatione, perinde ac si nunquam alienata fuisset, restituatur.*

II. Servitus ex qua act. orientes sunt Civiles.

III. Hereditas unde Hereditatis petitio quæ est

1. *Generalis* eaque

1. *Civilis.* De qua supra.

1. *Prætoria* utp.

a) *Hered. petit.* Fidei commissoria. Qua is, *cui ex Fidei commisso restituta est hereditas*, contra *possidentem pro herede aut possessore* intendit, *hereditatem suam esse, ideoque sibi res heredit. esse restituendas.*

b) *Hered. petit.* possessoria, qua is, *cui a Prætore bon. poss. data*, contra *eum, qui pro herede vel possessore possidet*, intendit *hereditatem suam esse.*

1. *Specia-*

1. *Specialis*, quo pertinet
   1. *Act.* Calvisiana, quæ est
      1. *Directa*, quæ datur *Patrono*, *si quid in fraudem legitimæ*, *sibi debitæ*, *a liberto*, *intestato mortuo*, *alienatum*, adv. *illius*, *quod ita alienatum*, *possessores*, ad *revocandum alienatum*, *in quantum legitima Patroni est diminuta*.
      1. *Utilis*, quæ datur etiam *impuberibus*, *adoptivis*, *vel aliis liberis*, *si in fraudem legitimæ ipsis debitæ a parentibus quid alienatum*.
   2. *Act.* Faviana, quæ est itidem
      1. *Directa*, quæ datur *Patrono*, si a liberto, *testato mortuo*, hoc modo aliquid alienatum.
      1. *Utilis*, s. *Quasi Faviana*, quæ datur *liberis*, *hoc modo a Parentibus læsis*, item *Impuberi arrogato*, *in cujus fraudem arrogator aliquid alienavit*, *ne scil. post emancipationem vel exheredationem quarta ad ipsum perveniret*, adversus *rerum alienatarum possessores*, ad *revocandum res alienatas usque ad quartam*.

IV. Pignus. Unde datur
   1. *Act.* Serviana *Locatori prædii rustici*, adv. *quemcunque rerum Coloni*, *pignoris jure sibi pro damnis & pensione obligatarum*, *possessorem*, ad *consequendam illarum possessionem*.
   2. Quasi Serviana, s. Hypothecaria *in specie*, quæ datur, ad exemplum prioris, *omnibus reliquis creditoribus*, adv. *quemcunque rei expresse vel tacite sibi obligatæ possessorem*, ad *consequendam illius possessionem*.

V. Possessio. Ex qua proprie non dantur actiones, sed *Interdicta*, quæ infra sub act. extraordinariis recensenda veniunt.

B *Jus* ad Rem, s. *in* Personam. Quod oritur ex facto quodam obligatorio
   1. *Licito*, ut Conventio, quæ est
      1. Pactum. Unde nullam j. Civ. oriri actionem, supra audivimus, nisi speciali lege vel edicto Prætoris sit restitutum. Illius generis supra cognovimus; hujus species sunt:

1. Consti-

1.) Constitutum s. *iteratum pactum*, unde *Act.* Constituti, s. *de* constituta pecunia, quæ est rei persecutoria, & datur iis, *quibus per constitutum quid promissum*, adversus *illos, qui, pro se vel aliis se soluturos, prius pacto promiserunt*, ad id, *quod constituto s. iterato pacto promissum, vel interesse consequendum.* vid *l.* 2. *pr. C. de Const pec.* Quod si per iteratum pactum possessio constituta, ut in *Constituto possessorio*, ubi duplex de tradenda possessione ex diverso titulo interveniisse fingitur, de quo supra p. 25. datur remedium possessorium.

2) Huic affinis est *Act.* Receptitia, quæ datur, *quando Argentarii vel Mansores in se receperant seu promiserant solutionem*, iis, *quibus promissio facta*, ad *solutionem promissam exigendam.* Ab Imp. JUSTINIANO in priorem est transfusa v. §. 8. *J. h. t.* ibique HOPP. Hodie, cum ex nudo pacto oriatur obligatio, utraque non amplius necessaria est.

I. Contractus, & quidem

1. *Proprius*, isque

1. *Verus*, ex quibus actiones omnes sunt civiles, saltem quod ex specie Depositi miserabilis Prætor dederit *Act.* depositi miserabilis ei, *qui in summo rerum suarum & corporis discrimine, occasione scil imminentis tumultus, incendii, ruinæ vel naufragii, res deposuit*, adv. *depositarium*, ad *rem depositam restituendam*, & quidem, si fuerit inficiatus, ad duplum.

1. *Quasi.* Cujus species sunt

1. Negotiorum gestio. Et quidem

1. *Civilium* in genere, unde *Act.* Negotiorum gestorum, quæ est,

1. Ratione *causæ efficientis*,

1. *Directa*, quæ datur ex verbis legis *domino, cujus ignorantis negotium gestum*, adversus *gestorem voluntarium*, ad id, *ut rationes reddat, quod ex gestione ad ipsum pervenit, restituat, damnaque culpa data præstet*

1. *Utilis*, quæ datur ex æquitate *in eos, qui aliquæ necessitate urgente, vel necessitatis suspicione, licet inani, gesserunt*;

2. Ratione *subjecti*,

I. *Directa*, quæ datur *domino, vel cujus negotia gesta sunt*, adv. *gestorem*, ad id, *ut rationes reddat*, &c.

1. *Contraria*, quæ datur *gestori*, adv. *dominum*, ad *indemnitatem ratione negotii gesti consequendam*.

1. *Funebrium* insp. Unde *Act.* Funeraria, quæ datur illi, *qui in alienum funus sumtus fecit, nec aliam actionem habet*, adv. *illos, ad quos hoc funus pertinuit*, ad *sumtus, sine quibus funus honeste duci non potuit, consequendos*.

Differt ab Act. Neg. gest. *Condict. ex l. 32. de reb cred.* quæ est civilis, immediate ex L. descendens, de qua supra. *p.* 65.

II. Tutelæ administratio. Cujus Species ex j. prætorio sunt

1. *Act.* Pro-Tutelæ, quæ est

1. *Directa*, competens *Pupillo*, adv. *eum, qui pro Tutore negotia ejus gessit*, ad id, *ut, ratione reddita, reliqua una cum usuris præstet, damnaque culpa data resarciat*.

1. *Contraria*, competens ei, *qui pro Tutore negotia pupilli gessit*, adv. *Pupillum*, ad *indemnitatem gestorum nomine consequendam*.

2. *Act. Edicti:* Quod Tutore falso autore gestum, quæ est

1. *Directa*, quæ datur *ei, qui, falso tutore autore, cum pupillo contraxit*, adv. *falsum Tutorem*, ad *omne interesse, etiam sumtus pecvndi restitutionem, consequendos*.

1. *Utilis*, quæ datur etiam *pupillis ipsis*, ex hoc contractu læsis.

III. Rerum communio, ex qua act. sunt civiles.

IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0040
DFG

IV. Hereditatis aditio. Unde ex j. prætorio datur

1. *Actio Edicti*: Si quis, omissa testamentari causa, ab intestato succedere velit. quæ *Act.* Utilis *ex* Testamento, seu *Act.* Legatorum dicitur, & datur *ei, cui aliquid in Testamento relictum*, adversus eum, *qui omissa causa Testamenti, callide in fraudem ab intestato vult succedere, aut pecunia accepta plane non adire*, ad id, *ut relicta in Testamento nihilominus præstentur.*

2. *Act. Edicti*: Ut legatorum vel fidei commissorum nomine caveatur, quæ datur *ei, cui in ultima voluntate quid vel in diem vel sub conditione relictum est*, adv. eum, *a quo aliquid relictum, sive fuerit heres scriptus, s. alius honorarius successor*, ad id, *ut caveat, de relicto, eveniente die vel conditione, præstando.* HOPP. *in memoriali actionum* eam dicit esse Implorat. judicis.

V. Indebiti solutio, quæ est

1. *Simplex.* Utp. –

1. Ob *errorem.* Unde *Condictio indebiti*, quæ est civilis.

2. Ob *dolum*, & quidem

1. *Verum*, unde *Act.* Doli, quam Prætor *datur dolo deceptis, & quidem in negotiis stricti j.* adv. *decipientes*, ad id, *ut res dolo omissa restituatur cum omni causa, aut, nisi ad arbitrium judicis restituatur, reus condemnetur ad interesse.*

1. *Præsumtum*, scil. in læsione minoris; unde *Act. s. potius Imploratio pro* restitutione ob ætatem minorem, quæ datur *minori 25 annis, ætatis-facilitate aut adversarii malitia læso*, adv. *illos, cum quibus minori negotium intercessit*, ad id, *ut omnia in pristinum statum ponantur, & minor indemnis servetur.*

Act. *Redhibitoria* & *Quanti minoris* sunt juris ædilitii, de quo infra.

1. *Qualificata*, de qua supra. *p. 77.*

VI. Litis Conteſtatio; unde *Actio Edicti*: Quod quisque juris in alterum ſtatuit, ut ipſe eodem jure utatur, quæ datur *illi, contra quem jus novum dictum eſt, imo cuicunque, qui quandoque in ſimili cauſa eum, qui jus novum ſtatuit aut impetravit, convenit*, adv. *Magiſtratum, qui perfecte jus novum ſtatuit, aut eum, qui impetravit*, ad id, *ut magiſtratus ſtatuens, aut pars impetrans, eodem jure in cauſis ſuis utatur.*

VII. Præſtatio rei debitæ

1. *In alio loco, quo conventum*, Unde *Act. de* eo, quod certo loco dari convenit, quæ datur *Creditori, cui ex contractu ſtricti juris res quælibet certo loco dari promiſſa*, adv. *promittentem*, ad id, *ut adigatur debitum in eo loco, quo agitur, ſolvere & ſimul intereſſe præſtare*

1. In *alia re*, quam conventum, utp. ſi æſtimatio ejus petatur. Hinc *Condict* Triticiaria, quæ ad exemplum prioris introducta, & datur *ei, cui res qualiscunque*, (præter pecuniam, hinc Act. Franciſcanorum dicta) *ex contractu ſtricti j. erat danda*, adv. *eum, qui rem vel amplius præſtare non poteſt, vel quam actor, propter moram rei, juſta ex cauſa accipere recuſat*, ad id, *ut illa res, ex arbitrio judicis, pro ratione loci ac temporis, æſtimetur, & reus in æſtimationem ejus condemnetur.*

VIII. Receptio in navem ſ. cauponam. Hinc *Actio de* Recepto, quæ datur *vectoribus aut viatoribus, qui res in navim aut cauponam vel ſtabulum intulerunt*, adv. *Exercitores navium, cauponarum l. ſtabulorum, qui res receperunt*, ad id, *ut ſalvæ reſtituantur, & damnum, cujuslibet culpa contingens, præſtetur.* STYPM. in *Tr de 1. marit P. II. C. 15. n. 266.* putat, eam eſſe ex vero contractu vid. tn. LAUTERB. in *Comp ff. Tit. Naut Caup ſtab.*

Ab hac differt *altera*, ex eodem edicto deſcendens, actio, contra exercitorem, ob damnum datum ab iis, quorum opera utitur. Quæ tn. eſt ex quaſi maleficio. De qua infra.

l. *Alie-*

l. *Alienus*, ubi ex facto aliorum obligamur, & quidem
1. Ob prævium *noſtrum conſenſum*, (cui jus prætorium singularem obligationem adjecit, unde hæ actiones *adjectitia qualitate* auctæ dicuntur)
1. *Verum*, eumque
1. *Expreſſum*, & quidem
1. *Specialem* ad certum contractum, unde *Act.* Quod juſſu, quæ datur illis, *qui cum ſervo vel filio famil., juſſu domini aut patris, contraxerunt*, adv. *dominum aut patrem*, ad id, *quod ex contractu debetur, in ſolidum.* Et cum adjectitia ſit, inſtituitur adv. jubentem ex illo ipſo, quem non iniit, contractu, v. g. *Mutui, venditi quod juſſu.*
1. *Generalem*, ad quemlibet contractum declarata voluntate, præponendo quem negotiationi, unde *Act.* Præpoſitoria, quando ſcil. *dominus vel pater ſervum vel filium fam. certo cuidam negotiationi præpoſuit*, & quidem
1. *Maritimæ*, unde *Act.* Exercitoria, quæ datur *illis, qui cum Magiſtro vel Pro-Magiſtro navis, ſecundum legem præpoſitionis, contraxerunt*, adv. *Exercitores navis*, ad *præſtandum id, quod vi conventionis cum Magiſtro initæ debetur in ſolidum.* Et cum adjectitia ſit, *Mutui, venditi exercitoria* appellatur.
1. *Terreſtri*, Unde *Act.* Inſtitoria e. g. *Mutui, Venditi*, &c.
1. *Directa*, quæ datur *illis, qui ſecundum legem præpoſitionis cum inſtitore contraxere*, adv. *præponentes*, ad id, *quod ex contractu geſto debetur, in ſolidum.*
1. *Utilis*, ſ. *Quaſi Inſtitoria*, quæ datur *contra eum, qui non negotiationem, ſed aliud quoddam negotium ſingulare, cuidam commiſit, ſi ſecundum legem commiſſionis fuerit contractum.* v. HOPP. *in Com. Inſt. L. IV. T. 1. §. 2.*

l. *Tacitum* ſc. permittendo, & quidem

1. *Generalem*, unde datur *Act. de* **Peculio**, illis, *qui cum ſervo l. filio fam. de ſervi l. filii fam. profectitio peculio contraxerunt*, adv. *dominum vel patrem*, ad id, *quod ſecundum cujusque contractus naturam debetur, pro quantitate peculii præſtandum.* Unde *Condictio certi ex mutuo de peculio*, it. act. *Venditi de peculio* &c.

1. *Specialem.* Unde *Act.* **Tributoria**, *Creditoribus ſervi, l. filii fam. qui* ſcil. cum his, ſciente domino vel patre, de mercibus peculiaribus ſunt negotiati, adv. *dominum vel patrem, qui merces peculiares doloſe inæqualiter diſtribuit*, ad id, *ut iniqua & fraudulenta illarum mercium diſtributio corrigatur, & merces æqualiter, ſine privilegio prælationis, inter permittentem & creditores diſtribuantur.*

1. *Quaſi*, unde *Act. de* **in rem verſo**, quæ datur *illis, qui cum ſervo vel filio fam. l. cum alio quodam, qui non eſt in poteſtate, inſcio domino vel patre vel alio extraneo, contraxerunt*, adv. *dominum vel patrem, vel alios, in quorum rem aliquid ex ejusmodi contractu verſum*, ad id, *quod ex eo contractu debetur, in quantum verſum præſtandum.* Et dicitur e g. Act. *ex mutuo de in rem verſo.*

Utilis act. de *in rem verſo*, datur ex *l.* 32. *ff. de Reb. Cred.* & quidem *Creditori* contra eum, *qui ipſe mutuum non contraxit, in cujus tamen utilitatem pecunia verſa eſt*, v. ſupr. inter *act. reales p.* 65.

NB Quod ſi filius poſtea emancipatus, vel alio modo ſui juris factus, datur *Act. Edicti*: **Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicatur**, ipſi, *qui cum filio fam. dum in patria poteſt erat conſtitutus, contraxit*; ad id, *quod ex contractu debetur, in quantum facere poteſt præſtandum.*

l. *Ob poſſeſſionem rei*, circa quam ab alio quid factum eſt, ob quod Prætor quemlibet ejus poſſeſſorem, ad exem-

plum

plum in rem actionum, voluit esse obligatum, & hinc act in *rem scriptæ prætoriæ* dicuntur, de quibus infra.

1. *Illicito* s. Delicto. Quod est
   1. Privatum, & quidem
      1. Verum. Cujus species
         1. Furtum. Quod committitur in rebus quæ st.
            1. *Extra possessionem* alicujus, in hereditate jacente, & quidem ab eo, qui testamento liber esse jussus. Unde *Act.* de eo, quod ex hereditate jacente, ab illo, qui testamento liber esse jussus, surreptum aut corruptum, *heredibus defuncti*, adv. *servum, qui, Testamento liber esse jussus, furtum aut damnum fecit hereditate jacente*, ad *duplum ejus quod interest.*
            1. *In possessione alterius certi*, & quidem ab iis, qui sunt
               1. *In officio constituti*, & ultra justum quid exigunt; ut sunt *Publicani*, quo casu datur *actio Edicti contra* Publicanos, quæ competit *viatoribus, qui vectigal injuste exsolverunt*, adv. *Publicanos eorumque familias*, ad id, *ut si aliquid per vim illicite exegerint, in quadruplum, sin absque vi, in duplum; sin autem aliquid vi rapuerint, aut furtum damnumve fecerint, intra annum in duplum, post annum in simplum condemnentur.*
               2. Occasione incendii, ruinæ, naufragii &c. & datur *Act. de* Raptis aut corruptis in incendio, ruina, naufragio, rate naveque expugnata, *omnibus quorum interest*, adversus *illos, qui occasione incendii, ruinæ, naufragii, &c. aliquid dolose surripuerunt, aut corruperunt*, ad *quadruplum intra annum, post annum vero in simplum.*

2. Rapi-

2. Rapina, Unde *Act.* Vi bonorum raptorum, quæ datur *illis, quorum interest rem non esse raptam, vel corruptam*, adv. *illos, qui rapuerunt, intra annum ad quadruplum, post annum vero in simplum ejus quod raptum est.*

3. Damnum injuria datum, quod Prætor, pro diversitate objectorum, diversis actionibus vindicat. Prout scilicet damnum respicit

1. *Causas judiciales*, ubi damnum alicui creatur.

1. *Movendo per Calumniam lites*, & datur Act. Calumniæ, s. *de* Calumniatoribus, quæ datur *ei, cujus causa pecunia data, promissa vel remissa est, ut ipsi calumniosum negotium in judicio fiat, vel non fiat*, adv. *accipientem*, ad *quadruplum ejus, quod reus accepit intra annum, & post annum in simplum.*

1. *Impedimentum, aliasque molestias liti injiciendo.* Et datur

1. *Act. de* Edendo, quæ datur *illis, quorum principaliter aut per consequentiam interest aliquid edi*, adv. *reum, contemnentem autoritatem judicis, qui decrevit editionem*, ad id, *quod interest actoris, illud editum non fuisse.* Contra *Argentarios* datur *act. in factum.*

2. *Act. de* eo, per quem factum est, quo minus quis se in judicio sistat, quæ datur *illi, qui a tertio est impeditus, quo minus se in judicio sisteret, s. actor fuerit s. reus*, adv. *dolo malo impedientes*, ad id, *quod interest.*

3 *Act. de* in jus vocato non eximendo. Datur *illis, qui alios legitime in jus vocarunt*, adv. *illos, qui vocatos vi injusta exemerunt*, ad id, *quanti ea res, de qua controversia est, ab actore æstimatur.*

4. *Act. de* restituendo in integrum adversus alienationem judicii mutandi causa factam. Quæ est *Ædilitia*, de qua infra.

1. *Extra*

l. *Extra judiciales*, &, respicit damnum seu corruptionem

l. *Animi*, & datur *Act.* Servi corrupti, quæ est

l. *Directa*, quæ datur *Domino servi*, adv. *illum, qui dolo malo servum quoad animum deteriorem reddidit*, ad *duplum ejus, quod interest*

l. *Utilis*, quæ datur, *Fructuario, & aliis, quorum interest, aliquem non corrumpi*, v. g. Patri, marito, adv. *corrumpentem*, ad id, *quanti res officio judicis æstimatur.*

l. *Rei*, & quidem, quatenus

l. *Extra possessionem* certi alicujus domini consideratur, utp. in *hereditate jacente*, & ead. act. quæ supra in furto, h. c. obtinet.

l. *In possessione*, & damnum datur

l. *In Turba*, [i. e. coactis adminimum 10 hominibus, unde differt a rixa] & ex eod. interd. quo Act. Vi bon.-rapt. proposita, datur *Actio de* Damno in turba dato, illis, *quibus damnum in turba datum*, adv. *illos, qui dolo malo quovis modo illud in turba dederunt, aut, ut daretur, fecerunt*, ad *duplum damni dati intra annum, post annum vero in simplum.*

l. Occasione *incendii, ruinæ, naufragii &c.* & datur *Act. de* damno in incendio, ruina, naufragio dato, eodem modo ut supra hoc casu in furto dabatur actio.

l. *Citra istas circumstantias,*

a) *Sepulchra violando*, & datur *Act.* Sepulchri violati eis, *ad quos ea res pertinet, aut si hi non adsint, aut agere nolint, omnibus de populo*, adv. *dolosos sepulchrorum violatores*, ad *interesse, si ille agat, ad quem ea res pertinet, sin aliquis ex populo*, ad *poenam* 100 *aureorum*, adversus *dolosos sepulchri inhabitatores.*

b) *Mortuum inferendo in alienum locum.* Et locum habet *Act. ex Edicto de* mortuo non inferendo, quæ est

1. *Directa*, quæ datur *domino loci, in quem mortuus illicite est illatus*, adv. *illos, qui mortuum intulerunt*, ad id, *ut aut tollant mortuum, aut loci pretium præstent*,
1. *Utilis*, quæ etiam *aliis, quorum interest, qui jus prohibendi habent, datur.*

c) *Falsum modum dicendo.* Unde datur *Act.* Si mensor falsum modum dixerit, quæ est

1. *Directa*, quæ datur *illis, quorum interest, falsum modum non esse renunciatum*, adversus *Mensores agrorum, vini, frumenti* &c. *qui dolose falsum modum renunciarunt*, ad id, *quod interest, præstandum.*
1. *Utilis*, quæ etiam datur adv. *alios, qui in modo fefellerunt.*

4. Injuria, quam etiam Prætor variis act. vindicavit, quatenus scil. potissimum extra corpus committebatur, utp. violando

1. *Jurisdictionem Magistratus*, & quidem

1. *Corrumpendo album ejus*, & datur *Act. de* Albo corrupto, quæ est

1. *Directa*, & datur *cuilibet de populo*, adv. *eum, qui album Prætoris, quod perpetuæ Jurisdictionis causa propositum erat, dolose corrupit*, ad *poenam* 50 *aureorum.*
1. *Utilis*, quæ locum habet quando quis *libros publice repositos*, vel etiam *picturam loci publici, corruperit.*

2. *Jus dicenti non obtemperando.* Et locum habet *Act. contra* Contumacem, s. Si quis jus dicenti non obtemperaverit, quæ datur *cuilibet de populo*, adv. *contumaces, qui scil. quod extremum in jurisdictione est, non faciunt*, i. e. executioni judicis non parent, vel resistunt, *ad poenam pecuniariam arbitrariam, non pro ratione interesse partis, sed contumaciæ quantitatis æstimandam.*

1. *Reverentiam, certis personis debitam, eas scil. sine venia*

nia in jus vocando. Et datur *Act. de* in jus vocando, ei, *qui contra edictum sine venia in jus vocatus est*, adv. *vocantem*, ad *poenam* 50 *aureorum, aut si non habet in ære, corporalem.*

l. *Manes defunctorum*, Et datur

a) *Act. Edicti:* Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicatur, ei, *cujus interest, mulierem non fuisse in possessionem missam*, adv. *mulierem quæ per calumniam, falso scil. se prægnantem dicendo, in possessionem venit*, aut *Patrem ejus, qui passus fuit, ut per calumniam in possessionem veniret*, ad id, *quod interest.*

b) *Act. Ed.* Si mulier ventris nomine in possessionem missa, eandem possessionem dolo in alium transtulerit, ei, *cujus interest, & sic cuicunque successuro*, imo etiam Legatario, adv. *Mulierem, vel eum, in cujus potestate est, si dolo ipsorum possessio in alium translata*, ad id, *quod interest, possessionem non fuisse translatam.*

c) *Act. ex* SCto Silaniano *cuivis de populo*, adv. *tertium, cui nihil in Testamento relictum, si Testamentum vi occisi ante sumtam vindictam aperuerit*, ad *poenam* 100 *aureorum inter fiscum & actorem dividendam.*

Actio *Civilis* ex hoc SCto datur contra heredem, de qua supra.

l. Quasi, quod contingit

1. Ex *Facto proprio.* Quo spectat

1. *Dejectio l. effusio ex ædibus vel cœnaculo facta* Unde *Act de* Dejecto vel effuso, quæ datur ei, *cujus rei damnum illatum, aut si libero homini nocitum, vel ille perierit, cuilibet ex populo*, adv. *inhabitatorem ædium vel cœnaculi, unde aliquid in eum locum dejectum vel effusum, quo vulgo iter fit*, ad *duplum*, si in *re æstimabili damnum datum*, si vero *libero homini nocitum sit*, ad id, *quod judici æquum*

videtur, æstimatis operis & impensis, aut si ille perierit, ad poenam 50 aureorum.

2. *Positio vel Suspensio.* Inde *Act. de* Posito *vel* Suspenso, quæ datur *cuilibet de populo*, adv. *illum, qui in ædibus suis aliquid positum vel suspensum habet, quod, si, ceciderit, posset in loco, ubi vulgo iter fit, nocere*, ad *poenam X aureorum.*

3. *Ædificatio damnosa.* Hinc *Act. Edicti de* Nunciatione novi operis, quæ datur *illi, in cujus præjudicium ædificatum, & qui novum opus denunciavit*, adv. *illum, qui, spreta nunciatione, nihilominus opus continuavit, aut factum ratum habuit*, ad id, *ut opus, quod post legitimam nunciationem factum est, destruatur.*

I. *Alieno*, & obligationem producit contra possessorem, ex sola possessione scil.

I. *Delinquentis*, & quidem

1. *Familiæ in genere*, Unde *Act.* furti I. damni a familia dati. s. *Act. Edicti:* Si familia furtum aut damnum injuria fecisse dicatur, quæ datur ei, *cui furtum l. damnum a familia factum*, adv. *dominum familiæ s. adhuc possideat s. possidere desierit*, ad id, *ut vel poenam præstet, in furto scil. duplum; in damno injuria dato æstimationem, vel familiam noxæ dedat.*

I. *Servorum*, in delictis scil. j. Prætorio punitis, & datur *Act.* Noxalis prætoria.

I. *Inhabitantium*, & datur

1. Actio de dejecto l. effuso, si damnum ab inhabitantibus datum. De qua antea

2. *Act. in factum personalis Edicti:* Nautæ, caupones, &c. s. *Act. de* damno vel furto in navi, caupona vel stabulo dato, quæ datur *hospitibus vel vectoribus, quibus in navi, caupona vel stabulo damnum l. furtum ab illis factum, qui ibi habitandi vel operarum præstandarum gratia sunt*, adv. *exercitores navium, caponarum*

narum vel ſtabulorum, ad *duplum damni dati*, v. BOHL MER *Comp. ff. Tit Nautæ* &c §. 8.

l. *Rei*, circa quam ab aliquo delictum commiſſum, unde quaſi actio in rem inde naſcitur, quæ *mixta* ſ. *Rei & pœnæ perſecutoria* dicitur, de qua mox infra.

l. Publicum, quod eſt

l. Quaſi ſ. Populare, Unde *Act.* Popularis. Quæ eſt

l. *Simpliciter talis.* Quo ſpectat

1. Act. de *poſito vel ſuſpenſo.*
2. Act. de *dejecto vel effuſo, ſi liber homo periit.*
3. Act. ex *SCto Silaniano contra tertium.*

l. *Secundum quid.* Quo ſpectat

1. Act. *Sepulchri violati*, quæ, nemine intereſſe proprium vindicante, dabatur cuilibet ex populo.
2. Act. de *Albo corrupto.* Quæ datur cuilibet de populo ad pœnam 50 aureorum, actori ſolvendam, ſi plures corrumpentes, quæ in ſolidum tenentur, reliquum pœnæ pertinet ad Fiſcum.
3. Act. *ſi quis jus dicenti non obtemperaverit*, ad pœnam itidem actori applicandam.

De Interdictis prætoriis popularibus infra dicendi locus erit.

l. Proprium, quod eſt

l. *Ordinarium.*

l. *Extraordinarium*, ex quibus proprie Accuſationes oriuntur.

l. Ex utroque jure ſcil. *in re* & *ad rem* ſimul, & dicitur *Act.* mixta, & quidem, qua hoc,

l. Ex *Conventione* ſimul, &

l. Magis *reales*, & Mixtæ inſp. ſ. Rei perſecutoriæ dicuntur. Qualis eſt Act. *Edicti ut Legatorum l. fidei com. nomine caveatur.*

l. Magis *perſonales*, & *Act.* in rem ſcriptæ dicuntur, qualis eſt

1. Act. *quod metus cauſa.*
2. Act. de *Conſtituta pecunia.*
3. Act. de *Peculio.*

l. Ex *Delicto* ſimul & Rei & Pœnæ perſecutoriæ dicuntur. Et ſunt

l. Ab *initio* tales, utp.
1. Act. *Vi bonor. raptorum.*
2. Act. de *Calumniatoribus.*
l. Ex *post facto.* Utp.
1. Act. *Depositi miserabilis.*

l. *Dativa* prætoria actio est, quæ ex *certa æquitatis causa, cum alias stricta juris ratione actio deficeret, immediate, ex sala j. prætorii dispositione est introducta.* Utp.

1. *Act.* Utilis ex æquitate, seu *in* factum Prætoria. vid. BÖHMERI *Comp. ff. Tit. de Præscr. verb* §. 5. Quæ ad imitationem j. Civilis & act., Præscr. verb. a Prætore, novam obligationem inducendo, introducta, & quidem 1) *in delictis Prætoriis.* 2) *in supplementum deficientis j. Civ.* 3) *in subsidium, si justa de causa actio, quæ adest, applicari nequit.* e. g. a] Quando restitutio ob læsionem ex dolo petenda, contra eum, cui reverentia debetur. v. BÖHMERI *Comp. ff. Tit. de dolo malo* §. 8. b] Quando filius, vi dejectus a patre, agit ad possessionem recuperandam, vel si adversus heredem agatur. v. BÖHM. *cl. Tit. de Vi* §. 6. *sqq.* Estque
l. *Generalis.* Act. *in factum generalis* dicta, quando nominata actio non prodita, æquitas tamen eam dari suadet.
l. *Specialis.* Cujus species sunt:
1] Act. *in factum ex* Jure jurando, Quæ datur *illi, qui ad delationem vel relationem alterius extra judicium juravit, sibi aliquid deberi, vel rem esse suam*, adv. *deferentem*, ad id, *ut conditioni delationis vel relationis satis fiat.*
1. Act. in fact prætoria, *de eo, per quem factum, quo minus in judicio quis sistatur.* v. LAUTERB. *in Comp. ff. h. t. pr.*
2. *Act* in factum de *edendis instrumentis contra Argentarios.* v. LAUTERB. *cl. Tit. de Edendo, in fin.*
3. *Act.* in factum de *damno infecto, contra magistratum, ob damnum ex mora ejus datum.* v. BÖHM. *Comp. ff. Tit. de dam. inf.* §. 3.
4. *Act.* in fact. contra eum, *qui missum in possessionem, ob non præstitam cautionem de damno infecto, non admittit.* Item in genere, *si siquis dolo m. fecerit, quo minus ex qualibet causa in possessionem missus, quiete possit esse in possessione.* v. HOPP. *in Comment. J. ad Tit. de Interd.* §. 1.
5. Actio in fact. *si mulier gravida ventris causa in possessionem missa, eam possessionem in alium dolo m. transtulerit.* v. BÖHM. *cl. Tit. si ventris nom.* §. 2.

6. Act.

6. Act in fact. *de mortuo inferendo*, quæ datur ei, *qui, postquam mortuum in eum locum, ubi jus inferendi habet, inferre prohibitus, eum alio intulit*, adversus *illum, qui prohibuit*, ad id, *quod interest, prohibitum non fuisse*.
7. Act. in fact. personalis *de damno vel furto in navi, caupona &c. ab iis, quorum opera exercitor usus, datum*. v. BÔHM. cl. Tit. *Nautæ, Caup.* § 8. it. Tit. *Furti adv. naut.*.
8. Act. in fact. *contra servum, qui testamento liber esse jussus est, & ante aditam hered. quid surripuerit aut corrupuerit*. v. BÔHM. cl. *Tit. Si is qui Testamento liber &c.*
9. *Act. funeraria*. De qua supra

2. Imploratio judicis. Cujus species
1. *Act. ad restituendum ob ætatem minorem.*
2. *Act. ut Legatorum nomine caveatur.* Quam HOPP. *in Memoriali actionum* contra OLDENDORPIUM, implorationem judicis esse, statuit. De qua tamen supra *p.* 95. egimus.
3. *Act. Edicti: de Nunciatione novi operis*, quæ per Implorationem judicis facienda. v. BÔHMERI *Comp. ff. Tit.* §. 2.

1. Ædilitio, quo spectat
1. *Act.* Ædilitia redhibitoria, qua *emtor læsus*, vel si plures sunt, *omnes simul* agunt, adv. *venditorem*, ut *rem vitio affectam recipiat, pretiumque cum impensis, voluntate venditoris vel ex necessitate factis, restituat, aliquando etiam interesse & duplum*, si officio judicis non pareatur.
Facta *extrajudiciali* restitutione, si pretium non est redditum, datur act. *in factum* ad pretium petendum.
2. *Act.* Quanti minoris, s. Æstimatoria, qua agit *emtor ad diminuendum pretium tanti, quanti minoris rem emisset, si vitium ejus sciviſſet.*
3. *Act. Ædil. in factum*: Si a feroci animali damnum datum, quæ datur *ei, qui damnum passus est ab animali feroci*, v. g. cane, ferre ibi habito, ubi vulgo iter fit, *aut, si liber homo periit, cuivis de populo*, adv. *dominum ejusmodi animalis*, ad *duplum, si rei æstimabili damnum datum*, aut *pœnam* 200 *solidorum, si liber homo inde periit*, aut *si tantum ei nocitum, ad pœnam arbitrariam.*
4. *Interd. Ædilit. de* Via publica, & si quid in ea factum dicatur, quo jubetur 1] *construere caduca.* 2] Prohibetur *subruere*

ruere viam, sub pœna mulctæ & restitutionis. 3) *Vias publicas prope domum propriam construi, & aquæ ductus, qui sub cœlo libero sunt, purgari* jubetur, *ita ut non prohibeatur vehiculum trahere.* 4) *In viis nec stercora nec pelles jacere, nec ante officinas projicere aut proponere inutile quicquam.*

1. Pro-Consulari, quorsum spectat

Actio ex Edicto Pro-Consulari de restituendo in integrum contra alienationem, judicii mutandi causa facta, quæ datur *ei, cujus causa per alienationem fraudulentam reddita deterior*, adv. *illum, qui dolose alienavit, aut duriorem adversarium substituit*, ad id, *ut res in pristinum statum restituatur.*

Actio in factum ex h. Edicto, vice restitutionis, datur ad id, *quod interest actoris, duriorem adversarium non habuisse, aut causam non fuisse redditam deteriorem.*

1. Ex J. Canonico, quo spectat

1. *Act. ex* Pacto, quæ datur *paciscenti*, adv. *nudo pacto promittentem*, ad *promissum præstandum.* Sed hæc apud Germanos ex moribus est.

2. *Act.* Spolii, quæ datur Spoliato, adv. spoliantem, ad rem spolio ablatam ante omnia restituendam.

3. *Remed. ex* Cap. Sæpe. 18. X. de Restit. Spol. quod datur ei, *qui possessione alicujus rei est privatus*, adv. *tertium quoque possessorem, spoliationis conscium*, ad id, *ut res ablata restituatur.*

4. *Remed. s. Condictio ex* Can. Redintegranda, ca. 3. qv. 1. quod datur *omni, qui de re aliqua s. mobili s. immobili vi dejectus est, seu, cui alias quovis modo, sine justa causa, res ablata est*, adv. *quemlibet ejus rei possessorem, quamvis ipse non spoliaverit, nec etiam spoliationis sit conscius*, ad id, *ut res ablata restituatur.* v. MEV. *P. VIII. D* 383. Quæ tamen duo remedia nil novi, præterquam quod j. Civ. per Interd. Unde vi, jam obtinuit, continere, putat BÖHMER in *J. Ecclesiast. Tit. de Rest. spol. §. 9. sqq* Contra quem, illud, ad minimum ex communi DD. opinione & consuetudine, in æquitate fundata, receptum probatumque in Praxi retinendum esse, defendi in spec. Disp. *Num ex usu fori detur remedium possessorium adversus tertium b. f. possessorem.* Gryp. 1727.

5. *Implor. Judicis ex* Cap. 6. X. de pignor. act. quæ, tanquam in *rem scripta*, ex nonnullorum sententia, *debitori* quoque datur contra *tertium quemvis pignoris sui possessorem*, ad *pignus soluto debito, pro quo*

quo illud a debitore oppignoratum, restituendum. v. MEV. *P. V. D.* 342. *n. fin* Dissent. BÖHMER *in j. Eccles. L. I. T.* 2. §. 72.

1. Ex Moribus, & quidem
   1. *Romanis*, quorsum in genere referendæ sunt actiones
      1. Querelæ in officiosi Testamenti, quæ est act. rei persecutoria, qua *rite quidem, sed inique exheredatus præteritusve petit, ut Testamentum rescindatur, ipseque heres declaretur, ac perinde scriptus heres condemnetur ad hereditatem restituendam cum omni causa.*
      2. *Act.* contra uxorem, *culpa sua ad divortium ansam dantem*; ad *privationem certæ partis dotis.* v. BÖHM. *Comp. ff. Tit. de Divort* §. 7.
   1. *Germanis.* Utp.
      1. *Act. ex* Pacto, quæ antiquissimis perpetuisque Germ. moribus competiit paciscenti ad *promissum nudo pacto tradendum.*
      2. *Hereditatis petitio* conventionalis, quæ datur *heredi conventionali*, contra *possessorem hereditatis*, ad *hereditatem cum omni causa restituendam.* v. BÖHM. *Comp. ff. Tit. de Fideicom. hered. pet.* § *fin*
      3. *Act.* Redhibitoria, ſ Revocatoria.
         1. Ex *j. Consanguinitatis*, & quidem
            1. In rebus *allodialibus*, quæ datur *proximo consanguineo*, ubi *lege vel consuetudine alicubi locorum ipsi prælatio ſ. proximitas quædam in re vendita competit*, adv. *emtorem*, ad id, *ut venditio ista rescindatur, & res cum ista conditione & jure pro eodem pretio, quo extraneus eam emit, ipsi restituatur.*
            1. In *Feudalibus*, & hic obtinet actio
               1. Ex j. *Retractus insp.*, quæ datur *intra annum a die specialis scientiæ proximiori agnato, feudo in alium jam translato*, adv. *emtorem extraneum, ad feudum, refuso pretio, quod pro eo solvit, restituendum.*
               1. *Actio* Feudi Revocatoria, quæ datur *proximis agnatis in feudis, tam titulo oneroso quam lucrativo alienatis, post mortem demum alienantis ejusque liberorum, intra* 30 *annos a die delatæ successionis*, adv. *Vasallum alienantem nec prius offerentem*, ad *feudum alienatum restituendum*
         1. Ex J. *Communionis.*
         1. Ex J. *Incolatus.*

1. Ex J. *Vicinitatis*, & insp. dicitur *Act. ex J.* Congrui, quæ eadem ratione ut act. retractus ex consanguinitate, competunt socio, Incolæ, Vicino. v. *supra.*

II. Ratione *subjecti*, & quidem

1. *Activi*, s. personæ petentis, s. Actoris, est

1. Privata, ubi *privatus suum*, vel *interesse privatum, sibi adjudicari petit.* Ut sunt omnes civiles.

1. Popularis, qua *quilibet ex populo ob interesse publicum agit*; qualis oritur ex delictis popularibus atque publicis.

1. *Passivi*, s. *Rei.* Quæ competit

1. Propter ipsius *factum*, & quidem

1. *Proprium.* Unde ipsi contrahentes obligantur, & quidem

1. *Uterque* mox ab initio directe obligatur, ut ex contractibus bilateralibus sunt: 1) *Emt. Vend.* 2) *Loc. Cond.* 3) *Emphyteusis.* 4) *Societas.*

1. *Alter* contrahentium saltem ab initio obligatur, alter v. ex post facto, ut in omnibus contractibus unilateralibus. Et tum contra eum, qui obligatur

a) *Primario*, datur *Actio* Directa, quoniam adv. *eum, qui primario, s. mox ab initio est obligatus.*

b) *Secundario* vero datur Contraria, quia adv. eum, *qui ex post facto obligatur*, instituitur. Hoc judicium contrarium nunquam admittit juramentum in litem, præterquam *mandati.*

1. *Alienum.* Et quidem

1. *Contractum*, & vocatur *Actio* adjectitia qualitate aucta, quæ est act. *ex alieno contractu*, adv. *eum, cujus aut voluntas cum eo concurrit, aut inde in rem ejus quid versum est*, competens.

1. *Delictum*, & quidem

1. *Servi*, & dicitur Noxalis, quæ est act. personalis, *ex delicto servi* adv. *possessorem ejus competens*, ad hoc, *ut vel rei æstimationem præstet, vel servum noxæ dedat.*

1. *Quadrupedis*, & dicitur Act. Quadrupedaria, ex pauperie competens.

1. Propter *possessionem rei*, circa quam quid legibus contrarium factum, & est *Act. in* rem scripta de qua supra *p.* 87. & 105.

1. *Utriusque simul*, & est

1. *Actio* Simplex in qua *alter litigantium actor, alter reus.*

1. Duplex

1. Duplex, in qua *uterque litigantium actoris & rei vices sustinet.* Utp. in judiciis divisoriis scil.
   1. Act. Fin. regundorum.
   2. In interdicto Retin. possess. De qua infra. p. 116.

III. Ratione *Objecti*, & quidem

1. *Accessorii*, quo spectant *fructus*, *usuræ* & *interesse*, quæ in *quibusdam actionibus simul cum ipsa re principali peti & adjudicari solent.*

1. *Principalis*, quod consideratur

1. Ratione *Substantiæ*, quatenus vel universitas, vel genus, vel species petitur, & eatenus est

a) 1. Universalis, ad *juris universitatem petendam* competens, utp. 1. Heredit. petit. 2. Fam. herciſc. 3. Interd. Quor. bonor. de quo infra.

1. Generalis, ad *plura rerum petendarum capita tendens.* Veluti 1] Act Neg. gest. 2] Tutelæ. 3] Communi divid. 4] pro Scio. 5] Mandati generalis. &c.

1. Singularis, ad persequendum id, *quod & sua natura, & juris interpretatione, speciale est*, licet accessoria habeat; quales sunt regulariter actiones ex jure rerum discendentes.

b) 1. Petitoria, qua *vel rem ipsam, vel jus in re, vel ad rem obtinendum vel declararandum agimus.* Quibus institutis plerumque judex olim dabatur Quales sunt omnes, quæ ex Jure personarum ac rerum descendunt.

1. Possessoria, in qua de harum rerum possessione tantum agimus, & olim erat

1. *Act.* possessoria *insp*, quæ ex jure civili descendit; quo spectat *Constit.* Justiniani in l. *ult C. de Edict. D. Hadr. toll.* & *Remed. l. 32 ff. de R. C.* v. sup. *p. 64. sq.* nec non remedia *J. Canon* De quibus supra p. 108.

1. Interdicta, quæ omnia sunt ex J. Prætorio. Excepto *Interd. SALVIANO*, quod agnoscit *SALVIUM JULIANUM.* Edicti perpetui compositorem, autorem v. VINN. *in Com. ad J. Tit de Interd pr.* Jure tamen Justinianeo, ordine judiciorum antiquo formulisque actionum sublatis, actio ex causa interdicti & interdictum uno nomine veniunt, diciturque *Interdictum* act. *extraord.* qua maxime *in causa veræ vel quasi possess. inter partes disceptatur* Et est

I.] Ratione *causæ efficientis*,

a) *Remotæ.*

1. *Directum*, quod ex *verbis edicti.*

1 *Utile*, quod ex *sententia & mente edicti* competit.

b) *Proximæ*, quod pro causa sua immediata agnoscit.

I. *Jus personarum*, huc spectant

1 *Interd. de* libero homine exhibendo, quod est exhibitorium perpetuum, datur libertatis tuendæ causæ omnibus, adv. eum, qui liberum hominem invitum dolo m. retinet, ad hoc, ut in continenti eum exhibeat, vel litis æstimationem præstet.

2. De Liberto exhibendo, quod tendit ad libertum exhibendum.

3. De Liberis exhibendis, quod est præparatorium, exhibitorium, competens patri ad exhibendum eum, qui in ejus potestate est. *Utiliter* datur *marito de exhibenda uxore*, it. *Abbati de exhibendo Monacho, Domino de exhib. adscriptitio.*

4. De Liberis ducendis, quod est restitutorium, quo interdicit Prætor, *ne vis fiat ei, qui liberos suos vult abducere.*

II. *Jus Rerum*, quod versatur circa res

1. *Divini juris*, & quidem

1. *Religiosis*, quo spectat.

a] *Interd. de* mortuo inferendo, quo interdicit Prætor, *ne vis fiat ei, qui mortuum in suum locum, quem possidet, inferre vult, si vel maxime per indirectum prohibeatur.*

b] *Interd. de* exstruendo sepulchro, quo *prohibet Prætor vim fieri ei, qui sine dolo malo ædificare monumentum in suo loco intendit.*

2. *Sacris.*

Interd. Ne quid in loco sacro fiat, quod est *remedium prætorium prohibitorium, restitutorium*, & competit *cuivis ex populo, maxime locorum sacrorum curatoribus*, adv *eum, qui quid facit in loco sacro, deformitatis, damni vel incommodi causa* ad hoc, *ut facere desinat, factumque restituat.* Hodie utiliter applicatur adv. eos, qui fenestras infestant, aut ad limina & parietes templi fimum projiciunt.

3. *Sanctis*, np. Int. *Ne quid in muris, portis aliisque locis, Sanctis fiat, ex quo incommodum aut damnum irrogetur.*

I. Humani & quidem

1. Publici, quo spectant

a] *Interd. generale de* locis & itineribus publicis. Quo *Prætor vetat prohiberi usum loci publici, & de eo, quolibet postulante, se interdictum pollicetur.* Vocabulum *itineris publici* autem denotat den Fußsteig bey der Heer-Strassen.

b] *Inter-*

n] *Interdicta specialia.* Utp.

1. Ne quid in loco publico vel itinere fiat. Et agit

a] De bonis publicis, & est *remedium prætorium prohibitorium, perpetuum*, quod datur *cuivis ex populo*, adv. *eum, cui damnum qualecunque infertur, faciendo quid in loco publico*, ad *præstandum quanti actoris interest.*

b] De Viis & itineribus publicis, quod 3 membra complectitur, quorum

1. *Fieri quid in via itinereue publico vetat, quo via iterve reddatur deterius*, aut *si quid factum nondum est, caveat non fieri. Si quid factum jam est, præstatur id quod interest.*
2. *Id quod factum commissumve est, quo via vel iter fit deterius, restitui aut interesse præstari jubet.*
3. *Via publica intinereve publico euntem agentemve impediri prohibet.*

2. De loco publico fruendo, quod est *retinendæ possessionis prohibitorium*, competens *illi, qui locum publicum conduxit, eiusve socio*, adversus eum, *qui frui prohibet*, ad hoc, *ut secundum legem locationis frui liceat.* Quod ad vectigalia & similia quoque pertinet.

3. De Via publica & itinere publ. reficiendo, est *perpetuum*, competens *cuilibet ex populo*, adv. *eum, qui viam publicam iterve publicum reficere prohibet*, ad hoc, *ut quanti actoris interest, præstetur.*

Si in agrum vicini viam publ. quis rejecerit, eatenus in eum datur *act.* viæ rectæ, quanti ejus interest, cujus fundo injuria irrogata.

4. Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo pejus navigetur, qua de causa duplex interdictum proditum:

a] Est *prohibitorium*, competens *cuivis ex populo*, adv. *eum, qui navigationem, aut iter*, [si navis trahitur] *deterius reddere vult*, ad hoc, *ne id faciat.*

b] *Restitutorium*, quod datur *cuivis ex populo*, adv. *eum, qui quid factum immissumve habet, quo statio iterve deterius fit*, ad hoc, *ut restituat.*

5. Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua

fluat, atque uti priori æstate fluxit, & itidem duplicis generis est.

a] *Prohibitorium*, conceditur que *cuivis ex populo*, adv. *eum, qui in flumine publico, tam navigabili quam non navigabili ejusque ripa quid facit aut immittit, quo aliter aqua fluit, atque priori æstate fluxit*, ad hoc, *ne quid eo modo fiat aut immittatur.*

b] *Restitutorium*, ad ejus, *quod factum aut immissum est, restitutionem* tendens.

6. Ut in flumine publ. navigare liceat, quod est *prohibitorium*, competens *cuivis in flumine, lacu, fossa, stagno publico navigare probibito*, adv. *probibentem*, ad hoc, *ne probibeatur.*

Utiliter *Publicano* datur, qui piscari prohibitus est, cum locum vel stagnum conduxisset. Applicatur etiam adv. vicinos, merces, ligna, trabes per ripam exonerare prohibentes.

7. *De* Ripa muniendo, quod est *prohibitorium*, tribuiturque *illi, qui in flumine publico ripave ejus opus facere, ripæ agrive, qui circa ripam est, tuendi causa, cupit, ex quo navigatio non fit deterior*, adv. *prohibentem, cum illi in annos decem cautum*, ad hoc, *ut impediri desinat.*

I. Privati. Et hoc respicit secundum diversas species juris in re, de quarum possessione agunt,

1. Jus in re. Hinc Realia dicta, cujus species sunt

I. Dominium, quo spectat

1. *Interd. de* Superficiebus, quo Prætor *Domino superficiario, superficie fruenti, vim fieri vetat, quo minus ita fruatur, nisi vi, clam, aut precario ab adversario possideat.*

II. Servitus. Cujus intuitu datur

1. *Interd. de* itinere actuque privato, quo

a] *Prætor illi, qui itinere actuque privato hoc anno nec vi, nec clam, nec precario, ab adversario usus est, quo minus ita utatur, vim fieri vetat.*

b] *Ne iter actumque, quem habet, reficiendi vis fiat*, modo is caveat adversario de damno infecto, seu de vitio operis.

2. *Interd. de* Aquæ ductu, quo

a] *De Aqua* quotidiana Prætor *illi, ejusque successori, qui hoc anno saltem una die vel nocte aquam non vi, nec clam, nec precario, & bona fide duxit a capite ad quemcunque usum, etiam in prædia urbana, quo minus porro eodem modo ducat, vim fieri vetat.*

b) *De*

b] *De Aqua* æstiva, quo *Prætor ei, ejusque successori, qui priore æstate* aquam nec vi, nec clam, nec precario, ab adversario duxit, a capite, quo minus ita ducat, vim fieri vetat.

c] *De Aqua* e Castello, i. e. *receptaculo aquarum publicarum* ducenda, quo *Prætor ei, cui aquam ducere ex Castello a Principe permissum, quo minus ita, uti permissum, eo ducat: vel si damni infecti caverit, quo minus aquæ ducendæ causa opus faciat, vim fieri vetat.*

d] *De* Rivis, quo *Prætor ei, qui eodem anno, vel superiori æstate, non vi, nec clam, nec precario ab adversario aquam duxit, sive jus aquæ ducendæ habeat, sive non, vim fieri vetat, quo minus aquæ ducendæ causa rivum sive in publico sive in privato, specuum sepia reficiat, purget, modo non aliter aquam ducat, quam antea usus est, & de damno infecto caveat.*

3] *Interd. de* Aquæ haustu & pecoris ad aquam appulsu. Quod duplicis est generis

a] *Ne vis fiat ei, qui de fonte, lacu, puteo, piscina, hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab adversario aqua usus est, quo minus aqua ita utatur.* Et hoc est

1. *Directum*, quod ad ea sola pertinet, *quæ aquam vivam & perpetuam habent.*

1. *Utile*, quod pro *aquis Cisternarum* competit.

b] *Ne vis fiat ei, quo minus fontem vel lacum vel puteum, vel piscinam reficiat, ut aquam continere atque uti ea possit, modo non aliter utatur, atque eo anno usus est, & de damno infecto caveat.*

4. *Interd. de* Cloacis, & quidem

1. *Privatis*, quo vetat Prætor *ne vicinus vim faciat Cloacis, i. e. incilia & canales, per istius* ædes ductos, reficienti aut purganti, vel etiam in publicum immittenti, modo damni infecti caveat.

1. *Publicis*, quo Prætor jubet, *ut quod quis in Cloaca publica factum sive immissum habet, quo usus ejus deterior fit, restituatur, simulque interdicit, ne quid fiat immittaturque.*

III. Jus Hereditarium, quorsum pertinet

1. *Interd.* Quorum bonorum, quod datur *bonorum possessori seu heredi, contra eum, qui pro herede vel possessore possidet rem hereditariam, ut restituat cum omni causa* Utile etiam datur heredi civili. De *Remed. l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.* supra p. 64 actum.

2. *Interd.*

2. *Interd.* Quod Legatorum, quo agit *heres post aditam hereditatem* contra *legatarium*, ut *possessionem rei legatæ, quam hic propria autoritate occupauit, restituat.*

IV. Pignus. Quo spectat *Interd.* Salvianum, quod est

Directum, quo *locator predii rustici agit* contra *colonum*, ad *adipiscendam possessionem rerum, quas is, pro mercede fundi pignori futuras, expresse pepigisset.*

1. *Utile*, quod datur *etiam aliis Creditoribus* contra *alios debitores, quorum res tacite vel expresse oppignoratæ, excusso tamen prius principali.*

V. Possessio, & hæc Interdicta sunt

1. *Pura*, de *Possessione vel quasi simpliciter*, quod *meram possessionis, nullam* v. *proprietatis, causam contineant, sed hanc petitorio judicio decidendam relinquant.* Ejusmodi sunt pleraque, & a *fine* distinguuntur, quod sint

1. Adipiscendæ possessionis, quam scil. nunquam habuimus. Quorsum spectant

1. Int. *Quor. bon.* 2. *Quod legator.* 3. *Saluianum.* De quibus paulo ante. 4. De Glande legenda. Quod est remed. prohibit: adipisc. poss. quo *experitur vicinus, cujus fructus e proprio fundo in vicini fundum ceciderunt*, ad hoc, *ut colligere eos non prohibeat.* 5] De *Tabulis exhibendis.* De qua infra.

1. Retinendæ, scil. quam habemus, sed in qua turbamur. Et sunt

1. *Generalia.* Utp.

1. *Interd.* Uti possidetis, quod est

1. *Directum*, quo *Prætor ei, qui rem immobilem eive similem possidet, quo minus ita possideat, vim fieri vetat, eumque in possessione tuetur, nisi vi clam aut precario possideat ab adversario.* Si dubium, uter possideat, actor, qui prius ad judicium provocavit, reo satisdanti possessionem cogitur relinquere, qui si satisdare nequeat, actori satisdanti eandem cedere debet.

1. *Utile.* Quod datur etiam *quasi possessori rerum in corporalium, s. jurium*, e. g. Servitutum. Qualia fuerunt Interd. de *itinere actuque privato.* it. De *aqua quotidiana, æstiva, riuis, fonte & cloacis.* De quibus supra actum.

2. *Interd.*

2. *Interd.* Utrubi, quod de *possessione rerum mobilium* locum habet.

3 *Interd.* Quod vi aut clam, quo *Prætor violentas ac clandestinas turbationes possessionis inhibet, & quod vi aut clam factum est, scil. per opera ac immissionem in nostrum, restituere jubet.*

l. *Specialia.* Utp. 1) de *loco publ. fruendo.* 2) Quæ occasione *servitutum* data. De quibus supra p. 114. actum.

l. Recuperandæ, scil. quam *amissimus.* Utp.

1. *Interd.* Unde vi, s. *de* Vi & vi armata, Per quod *is, qui vi dejecit, cogitur dejecto restituere possessionem, licet & is ab eo, qui vi dejecit, vi, clam, vel precario possideat.* Et quidem non attentis ullis exceptionibus.

Utile datur etiam ad recuperandam *quasi possessionem rerum incorporalium.*

Affine huic est Remed. j. Can. ex *cap. Sæpe* & ex *Can. redint.* De quibus supra p. 108. egimus.

2. *Interd de* Precario, quod est remed. restitutorium recuperandæ possess, quod conceditur *illi, qui usum rei precario roganti concessit, ejusque heredibus*, adv. *eum, qui rem precario habet, aut dolo malo habere desiit, ejusque heredes*, ad hoc, *ut res restituatur in pristinam causam, & si hoc factum non fuerit, id quod interest, rem non restitui ex eo tempore, ex quo interdictum editum est, præstetur.*

l. Mixta, quæ *partim ad acquirendam, partim retinendam* aut *recuperandam possessionem*, pertinent. Ut Interd. *Quod vi aut clam*, quod retinendæ, interdum tamen & recuperandæ est.

l. *Mixtum*, quod *proprietatis causam simul, seu tituli demonstrationem continet, ut sic nulla de proprietate reliqua sit actio.* Ejusmodi sunt Interdicta 1) Statum personarum. 2) Res sacras atque sanctas. 3) Publicas concernentia.

l. Jus ad rem s. Personam, & Personalia dicuntur; quæ ex *facto quodam obligatorio* oriuntur, eoque

l. *Licito*; quo spectant

1. Interdictum de Precario. De quo antea.

2. Interd. de Migrando, quod est remed. prohibit. perpetuum, quod datur *inquilino, ejusque heredibus, soluta conductionis*

ductionis mercede, adv *locatorem, qui res, sive proprias s. alienas exportare prohibet, ejusque heredes*, ad hoc *ut prohibere desinat.* Utiliter datur *ei, qui gratuitam habitationem concedit.*

1. *Illicito*, s. delicto, ex quo reliqua interdicta fere omnia oriuntur; eoque
   1. *Vero.* Quo spectat
      1. Interd. Unde Vi. De quo antea.
      2. Interd. Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, quod est prohibitorium restitutorium, annale, daturque ei, *qui permissu jus dicentis in possessionem missus, sed non admissus est*, adv. *eum qui suo vel alieno nomine, ipsum in possessione esse, dolo prohibuit*, ad hoc, *ut tantum præstet, quanti missi interest possessionem habere.*
   2. *Quasi*, ob possessionem scil. rei, quæ quasi deliquit, vel circa quam alter deliquit. Huc spectat.
      1. *Interd de* Remissionibus, quod est remedium prohibitorium, datum *ei, qui remissionem a novi operis nunciatione impetravit*, adv. *eum, qui novum opus nunciavit*, ad hoc, *ne vis fiat opus facienti.*
      2. *Interd. de* Arboribus cædendis, quod est prohibitorium, & duo capita complectitur.
         a] Competit *vicino*, adv. eum, *cujus arbor vel vitis in ædes vicini impendet*, ad hoc, *ut vicinus eam adimat, &, nisi adimat, vicino, cui arbor officit, eam a stirpe succidenti lignaque tollenti vim nullam faciat.*
         b] Competit *vicino, in cujus agrum arbor vicini impendet*, adv. *vicinum*, ad hoc, *ut eam quindecim pedes altius a terra coerceat, aut vicino ita coercenti lignaque sibi habenti vim nullam faciat.*

II. Ratione *Objecti* sunt
   1. *Universalia*, quæ *totam universitatem, jus hereditarium, concernunt* Quo spectat *Interd. quorum bon.* Cui affine est Rem. ex *L fin C de edicto D Hadr toll.* De quo supra *p.* 115, *in fin.*
   1. *Singularia* sunt reliqua omnia.

III. a *Subjecto*
   1. *Activo*; Et est
      1. *Privatum.*
      1. *Populare*, qualia sunt omnia pro libertate, & de rebus divinis ac publicis prodita, cum singulorum intersit, usum illarum

illarum rerum, seu religionis s. hominum & libertatem omnium defendi a quocunque.

1. *Passivo.* Et est

1. *Personale* simpliciter, quod datur *saltem contra personam rei, s. vim inferentis.*

1. *Personale in rem scriptum, quod etiam contra tertium rei possessorem quandoque datur.* Cujusm. est: a] Int. Quod Legat. b] Quod vi aut clam, ubi, qui possidet saltem fundum, in quo quid vi vel clam factum, etsi non fecit ipse, tenetur ad patientiam.

1. *Utroque*, & est

1. Simplex, in *quo alter actor alter reus.* Qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria.

1. Duplex ubi *uterque actor & reus*; Ut in Interd. retinendæ poss.

IV. a *Forma* sunt

1. Prohibitorium, quo *Prætor aliquid fieri vetat.* Veluti

1. Interd. generale de *Locis & itineribus publicis.* 2 *Ne quid in loco vel itinere publ. fiat.* 3. *De loco publ. fruendo.* 4 *Ne quid in flumine publ ripave ejus fiat, quo pejus navigetur,* qua prius caput. 5. *Vel quo aliter aqua fluat,* qua prius caput. 6 it. *Ut in flumine publico navigare liceat.* 7. *De Ripa munienda.* 8. *De Remissionibus.* 9. *De Arboribus cædendis.* 10. *De Glande legenda.* 11. *De Migrando.* De quibus omnibus paulo ante actum est.

1. Restitutorium s. Jussorium, quo *jubet aliquid restitui.* Utp.

1. *Ne quid in flumine publ. ripave ejus fiat, quo pejus navigetur*, qua posterius caput. 2. it. *Quo aliter aqua fluat &c.* qua post. caput. 3. *Quor. bonor.* 4. *Legatorum.* 5. *Unde vi.* 6. *De Precario*

1. Exhibitorium quo Prætor jubet aliquid exhiberi. Quale est.

1. De exhibendo *libero homine.* 2. *Liberto.* 3. *Liberis.* 4. Tabulis Testam. quod est *perpetuum* & com-

petit illis, *quorum interest*, *tertii alicujus testamentum exhiberi*, adv. *eos*, *qui negant*, *se exhibere posse vel oportere*, *cum tamen Tabulæ penes ipsos sint*, *vel dolo malo esse desierint*, ad hoc, *ut illas vel exhibeant*, *vel id*, *quod interest*, *præstent*.

1. Mixtum, quod *ab alterutro horum participat*. Utp.
   1. *Ne quid in loco sacro fiat*. 2. *Ne vis fiat ei*, *qui in possess. missus est* De quibus supr. *p.* 112. & 118.

   Huic distinctioni hodie convenit divisio mandatorum judicialium, quæ sunt vel *inhibitoria* vel *compulsorialia*; & hæc vel *exhibitoria* vel *restitutoria*.

V. Ratione *Processus* est
1. *Ordinarium*, in quo *ordinarius processus observatur*.
1. *Extraordinarium* s. *summarium* s. *summarissimum* s. *Momentaneum*, in quo *judex etiam sine libello procedit & præsentem saltem respicit possessorem*, *eumque in sua possessione defendit*, *seu manu tenet*. Cum j. Civili omne possessorium processu summario sit pertractandum: Hanc destinctionem MINDANUS somnio DD. confictam dicit, sed optime eam defendit RENNEM. *in Jprud. R. Germ. P. ult. D. X. §. 42. sqq.*

VI. Ratione *Durationis* est
1. *Perpetuum*, quod *rei persecutionem* intendit. Ut
   1. Int. de *bonis publicis*. 2. De *Via publ. & itinere publ. reficiendo*. 3. De *Migrando*. 4. *Exhibitoria*. 5. *Ne vis fiat ei*, *qui in poss. est missus*.
1. *Annuum*; Quoniam scil. ex *delicto* est.
   Conf. FROMMANNI *D. de differentiis actionum petitoriarum & possessoriarum*.

1. Ratione *Quantitatis* actio est
1. *Simplum*, quo ultra id, *quod actori debetur*, *rem scil. vel pœnam*, *amplius nil* persequimur. Tales sunt
   1. Omnes act. reales 2. Regulariter omnes ex conventione. 3. Omnis actio ex delicto rei persecutoria & pœnalis, modo certam & determinatam pœnam habeat.
1. In *amplius*, cum augmento aliquo, utpote, cum vel delicti atrocitas, vel obligationis qualitas, favore digna, vel etiam debitoris morositas aliud suadet, & quidem
   1. In *Duplum*, quibus *vel præter rem nobis debitam*, *vel cum re debita*, *duplum persequimur*, & talis est

1. *Sua*

1. *Sua natura*, ſ. *ab initio*, quando *ſtatim, dum naſcitur obligatio, actio in duplum competit.* Utp.
1. Act. *Furti non manifeſti.* 2. *Servi corrupti.* 3. *De deject. l effuſis.* 4. Act *in fact perſon. de damno in navi caupona ab iis, quorum opera exercitor uſus, datum.*
1. Per *Accidens*, ſ. *ex poſt facto*, quod contingit
a) Per *inficiationem*,
1. In *Depoſito miſerab.* 2. *L. Aquil.* 3. *Act. ex Teſtamento.*
b) Ob *doloſam procraſtinationem in legatis, piis locis relictis*, quorum ſolutio usque ad juſſum Magiſtratus dilata
c) Ob *Moram* ſi judici non pareatur; ut in Act. *Ædil. Redhibit.*

1. In Triplum, quæ mox ab initio datur contra eum, qui majorem vera æſtimatione quantitatem libello inſerunt, ut ex hac cauſa executores litium ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent. §. 24. *J. b. t.*

1. In Quadruplum, quæ itidem
1. Ab *initio*, utp.
1. Act. Furti manifeſti. 2. Vi bon. rapt. 3. De Calumniatoribus. 4 Adv. Executores litium, qui ampliorem ſummam juſto debitam exegerunt.
1. Ex *poſt facto*, ob contumaciæ delictum; ut in Act. Quod metus &c.

I. Ratione *Qualitatis* dividitur act perſonalis, quod ſit
1. *Condictio certi*, quæ ad *certum*, de quo conſtat, *quid, quantum & quale* ſit,
1. *Incerti*, quæ ad *incertum petendum* competit.

IV. Ratione *Adjuncti*, ſ *formæ accidentalis*, & quidem
a] Ratione *poteſtatis judicis*, concernentis
1. *Quantum* actori ſatisfaciendum; & ſic actio perſonalis ex conventione eſt
1. Bonæ fidei, in qua *Judex ex bona fide æſtimandi facultatem habet, quantum alter litigantium alteri præſtare debeat.* Bona autem fide judicat, quando verbis conventionis ſe non adſtringit, ſed contrahentium mentem & id reſpicit, quod æquo & bono convenit. Quales ſunt omnes, act ex contractibus conſenſualibus propter vinculi duplicitatem, & reliquæ §. 23. *J. de Act.* recenſitæ, ita ut & illarum ſpecies, & ſub directis etiam contrariæ comprehendantur.
Harum actionum propria ſunt 1] quod uſuræ ex judicis officio, & fructus a tempore moræ, actori ſint adjudicandi 2] Illis exceptiones ipſo jure inſint, modo ante ſententiam allegentur.

3] Quod debitor, in diem obligatus, etiam ante diem ad cautionem præstandam adstrictus sit. 4] Denique quod actor cedere debeat reo actionem, quando ipsi æstimationem illius, quod suo dolo abest, restituit.

1. *Stricti juris*, in qua *Judex de eo, quod actori reum præstari oportet, vel ex verbis conventionis vel ex stricta actionis natura æstimare tenetur.*

1. *Quemadmodum* actori a reo satisfieri debeat. Et sic est

1. Arbitraria, quæ est

1. *Vere talis*, in qua *ex speciali legis dispositione judex facultatem habet ex æquo & bono de restituendo aut solvendo arbitrium seu jussum interponendi, eum in finem, ut, si ei non satisfiat, gravior condemnatio sequatur.* Quales sunt

a] Omnes reales; excepta sola hered. petit.

b] Ex personalibus.

1. Act. *quod vi & metu.* 2. De *dolo.* 3. Act. *rerum amot.* 4. *Finium reg.* 5. *Alienat. jud. mut. causa.* 6. *De ration. distrab.* 7. Ad *exhibendum.* 8. *Noxalis.*

1. *Quasi* s. *Ficte.* Qualis est Act. *de eo quod certo loco.* Quæ inter arbitrarias relata, non ob facultatem actualiter, s. in actu exercito, arbitrium interponendi, sed quod ipsa loci adjectio & æquitas, prætorio jure approbata, tribuant judici potestatem, reum, in locum solutionis non venientem, mox in levius aut gravius condemnandi, arbitrio ficte quasi interposito.

1. Non arbitraria, in qua judex processum una sententia finit.

b] Ratione *privilegii adjuncti* est

1. Privilegiaria, quæ *singulari quodam æquitatis jure, contra juris communis tenorem, a Llatore in uno & altero, maxime, quantum ad concursum creditorum, munita.*

Sunt a. horum privilegiorum varia genera, utp. 1. Privil. *Prælationis*, ut in act funeraria. 2. *Qualificatæ hypothecæ*, ut in act. *ex* stipulatu pro dote repetenda. 3. *Hypothecæ simplicis*, ut in Act. tutelæ. 4. *Privil. personale*, ut in Act. depositi.

1. Simplex s. nuda, *communem juris dispositionem sequens.*

c] Ratione *Ordinis* s. *Formæ Processus* est

1] 1. Ordinaria, quæ diverso modo ita dicitur, scil.

a] Quæ ex *LL. XII. Tabb. aliisque speciebus j. Civ.* descendit

b] Quæ *ordinario juris modo in judicio instituitur*, ad quas cognoscendas Prætor regulariter dabat judicem Pedaneum. Hodie quæ *non in quali quali petitione, sed libelli solennis oblatione, consistit.*

c] Quæ

c] Quæ *Petitorium* respiciunt, unde Petitoria dicta, & *ad declarationem juris, quod habemus vel prætendimus, tendunt*, quibus institutis plerumque judex dabatur.

1. Extraordinaria.

a] Quæ ex j. *Honorario* oritur

b] Quæ *Possessorium* respiciunt, ut sunt *Interdicta*. De quibus supra

c] In *quibus ipse Prætor, instar interdictorum, cognoscebat*, & hinc *extraordinariæ cognitiones* dicuntur. Ut in Fidei commissis. vid. BÔHM. *in Comp. ff. ad Tit. de Scto Trebell.*

Hodie dicitur *Act.* Summaria quæ *de simplici & plano, non observatis judicii solemnibus, bene tamen iis, sine quibus sententia justa ferri nequit, expedienda.* v. FROMMANNI *D. de differentiis act. ordinariarum & summariar.*

2] Ratione *concurrentiæ*, quatenus institui potest

1. *Solitarie*

1 *Cum aliis*, & quidem

1. *Elective* quando scil. omnes ad idem tendunt. Sic

1. *Legatario* contra heredem datur *Rei Vind.* & *Act. ex Testamento*. Aliquando tamen hæc solitarie est instituenda. v. BÔHMERI *Comp. ff. Tit. de Legatis* §. 20. *in fin.*

2. Act. *Edicti: Si damnum vel furtum in navi &c.* v. BÔHMER. *p.* 85. §. 10.

3. Act. ex Edict. Pro Consulari, v. *cl. p.* 177. § 3.

1. *Cumulative*, & quidem

1. *Conjunctim*, si scil. duo remedia ad diversa tendunt, atque uno libello conjungi possunt. Sic Legatario datur Act. Hypothecaria & Act. ex Testamento BÔHM. cl. §. 21.

1. *Alternative*, & quidem

1. *Voluntarie*; sic

1. Act ad exhibendum & Vi bon. rapt. cum interdicto de Vi. v. BÔHM. cl p. 429. §. 3. 2. Rei Vind. cum Publiciana. 3. Act. quanti minoris adhuc institui potest si redhibitoria ob præscript. forsan non amplius locum habeat. v. BöHM. ad Tit. de Ædil edict. §. 9.

1. *Necessario*, ut in Act. Noxali.

1. *Successive*, si *altera post alteram movenda*. conf. BÔHM. in Tr. de *Actionibus Sect. III.*

V. Ratio-

V. Ratione *Finis* est

1. 1. Principalis, quæ est *propter se, & non alterius actionis gratia, introducta.*

1. Non Principalis, quæ eum in finem introducta, ut *vel aliis actionibus competentibus viam præstaret, vel non competentes suppleat.* Et sic est

1. Præparatoria, *aliis actionibus viam præparando, ad hoc, ut vel simpliciter, vel certe commodius, institui queant.* Talis est act. ad exhib.

1. Subsidiaria, a *Jure eum in finem introducta, ut deficientium aliarum actionum locum suppleat.* Estque

1. *Civilis* & hæc

1. *Generalis*, in *defectum aliarum directarum & utilium*; ut *Act. in factum ex l. 32. ff. de Rebus Cred.* De qua supra *p.* 65.

1. *Specialis* a j. Civ. vel prætorio certo in casu introducta; ut 1. Act. de *Dolo.* 2. Act. *Tutelæ subsid. adv. Magistratum.* 3. *Querela in officiosi Testamenti.* 4. *Inoffic donationis.*

1. *Prætoria.* Quales sunt act. in factum prætoriæ. De quibus supra.

2. 1. Civilis, qua actor persequitur *id, quod quavis ex causa interest in actoris commodum.*

Tales sunt act. 1. ex j personarum. 2. Ex j. in re. 3. Ex j. ad rem, & quidem facto licito descendentes 4. Eæ, quæ ex delictis privatis, ordinariis, veris vel quasi proveniunt, & 4. Quæ ex delictis quasi publicis oriuntur.

1. Criminalis, qua *principaliter persequimur quod Reip., ob crimen commissum, interest, ad pœnam, vel pecuniariam fisco applicandam, vel emendativam*, s. ipsius delinquentis, s. per exemplum pœnæ aliorum civium. In hunc finem agere licet non modo ex delictis extraordinariis & criminibus publ. verum etiam delictis privatis ordinariis.

3. 1. Petitoria, ad *competentis iuris personarum & rerum declarationem petendam* introducta. Utp. Rei Vindicatio, Hered. petit.

1. Divisoria, quæ tendit ad *rei, hactenus pro indiviso communis, divisionem, vel finium confusorum directionem.* Ut est Act. finium regund. Famil. ercisc. communi divid.

4. 1. Rei *tantum persecutoria*, & sic *pura.* Quæ competit ad *persequendum illud, quod nobis propter jus vel in re vel ad rem debetur, absque ulla reum coercendi intentione.*

1. Pœnæ *tantum persecutoria*, quæ ad *persequendum illud, quod actori, rei coercendi causa, debetur, instituta.* Ut in Act. Furti & Injuriarum.

1. Mixta,

Mixta, i. e. *rei & pœnæ persecutoria simul*, dum ad utriusque rei scil. & pœnæ persecutionem tendit. De qua supra actum.

§. 1. Petitoria.

1. Possessoria, de quibus paulo ante scil. generali distinctione ordinar & extraord. actum.

VI. Ratione *effectus* est quadruplex.

1. 1. *In* bonis, quæ *nata mox, & si in judicium nondum deducta sit, tamen creditoris facultates auget.* Et si hic antea quam in judicium deducta sit moriatur, ad heredes transmittitur.

1. Extra bona, quæ demum *post litem contestatam creditoris facultates auget.* Adeoque ante L. C. extra bona esse dicitur. Talis est Act. Injur. de Calumn.; de in jus voc.; Condictio rerum donatarii ob ingratitudinem. Querel. inoff. Testam. & Act. Populares vid. J. A. FROMMANNI specialem Disp. *de Actionum, quæ in bonis computantur & quæ non computantur in bonis, differentiis. Tub.* 1685.

2. 1. *In* solidum, qua *solidum ejus, quod nobis debetur, non tantum persequimur, sed etiam consequimur, modo reus id in bonis habeat*, alias obtinet *prov.*: Wo nichts ist, da hat der Kayser seyn Recht verlohren. Vel: intendum: Qui non habet in ære, luat in corpore.

1. Minus solido. Qua *solidum quidem persequimur, sed non consequimur*, quod fit

1. Ob *naturam obligationis*, ut in Act. de *Peculio* & *Tributoria*.
1. Propter *oppositam compensationem*.
1. Propter *detrectationem sumtuum*. Ut in Act. pro *dote repetenda*, ubi sumtus in dotem facti detrahuntur.
1. Ob *Privilegium* Competentiæ, quod competit
1. *Marito*. 2. *Parentibus* ac *liberis*. 3. *Socero* in causa dotis. 4. *Patronis*. 5. *Sociis*. 6. *Militibus*. 7. *Donatoribus*, in causa donationis. 8. *Bonis cedenti*, si de postea quæsitis conveniatur. &c.

3. 1. Famosa. In qua ob *turpe factum condemnatum infamia juris, lege ita disponente, sequitur.* Modo reus suo nomine sit condemnatus & causa impulsiva sit dolus aut perfidia, maxime abeo, qui principaliter in contractu est obligatus, commissa. Tales sunt 1. ex Contractu vero: Act. Depositi, Mandati, pro socio. 2. Ex Quasi Contr. Act. tutelæ directa. 3. Ex delicto privato vero, Act furti, Vi bon. rapt. doli. 4. Accusationes publicæ; nec non 5. ex delictis privatis ordinariis, furti; rapinæ; in jur.; Criminales persecutiones; it. 6. Criminum extraordin. illorum, quæ committuntur occasione contractus famosi.

famosi, ita, ut actione privata ex contractu instituta condemnatum infamia sequatur; Ut stellionatus; in Contr. depositi, societatis tutelæ, mandati.

l. Non famosa, in qua *condemnatum, licet ob turpe factum, nulla juris infamia sequitur.*

4. l. Præjudicialis, cujus *definitio alii actioni vel finem vel certam formam dat*, estque

l. *Simpliciter, absolute & per excellentiam talis*, utp. quæ de *j. personarum* competit, de qua supr. p. 61.

l. *Secundum quid*, quæ ratione *contingentiæ* aliis præjudicat.

l. Non præjudicialis, quæ *aliis actionibus nec finem nec certam formam dat.*

VII. Ratione *dissentaneorum* s. a *Contrario* consideratur, quatenus tollitur

l. *Ipso jure* & quidem

l. *Præscriptione*, & hac ratione est

l. Perpetua, quæ olim *nullo tempore* præscribebantur; postea vero, ut litium aliquis sit finis, ab Imp. HONOR. & THEODOS. *in l. 3. C. de Præscr.* 30. *l.* 40. *an.* iis *tempus longum vivendi, &* regulariter 30 *annorum*, est præscriptum; quod spatium adhuc perpetuum dicitur, partim quod perpetuo tempori surrogatum, partim respectu ad alias actiones, quæ breviori tempore circumscribuntur.

l. *Regularis*, quæ præcise 30 *annis* includitur.

l. *Irregularis* quæ *nec temporalis est, nec* 30 *an.* durat.

l. Temporalis, cui jus exiguum tempus, & regulariter *annale*, præfinivit, & eadem ratione est

l. *Regularis*, quæ præcise *anni spatio* includitur.

l. *Irregularis*, quæ *nec annalis est, nec quadriennii fines excedit.*

Dignoscendum autem hoc ex diversa *natura actionum*, & quatenus super iis

l. *Lis contestata*, quæ actionem tempore perituram reddit perpetuam, ita ut

a) Act. *sua natura temporalis*, tum usque ad 30 *annos.*

b) Act. vero *sua natura perpetua*, ad 40 *annos*, ab ultimo actu judiciali computandos, porrigatur. *l. fin. C. de præscr.* 30 *l.* 40 *an.* Exc. Actio *Doli*, quæ l. C. non perpetuatur.

l. *Non & contestata.* Quo casu distinguendum, quatenus sunt

l. Civiles, quæ regulariter omnes sunt *perpetuæ* & 30 an. durant, & sunt

l. Reales,

1. Reales, quæ *directe*, ut actio, non aliter quam 30 *an.* spatio; per *indirectum* autem s. per consequentiam, *præscriptione scil. ipsius rei, cui inhæret*, citius amittitur. Unde, si præscriptio rei non procedit, forte quod possessor sit in mala fide, aut res ipsa usucapi non possit, actio, nempe Rei V. 30 an. durat.

1. Personales, quæ descendunt

1. Ex *Conventione* quibus in genere terminus 30 *an.* præscriptus in *l.* 3. *C de præscr.* 30 *l.* 40 *an.* sive tendant ad conventionem implendam, s. rescindendam.

Exceptio saltem est in casibus ubi

a) Ob *singulare odium* actioni brevius spatium præfixum, utp. 1. in *Quer. inoff Testamenti*, 2 *Donationis* 3 *Dotis*. 4. In act. ad *servitutem* tam realem quam personalem, sive testamento, s. conventione *promissam*, tendentibus. Quæ perinde ut act. reales 10 vel 20 an. ob odium servitutis extinguuntur.

b) Ob *singularem favorem* laxius tempus indultum actionibus personalibus, 1. *Ecclesiæ*. 2. *Fisco*. 3. *Civitati* competentibus, quæ non nisi 40 an. præscript. extinguuntur.

1. Ex *Delicto*, quæ itidem perpetuæ.

Excipe, si *criminaliter* agitur, tum enim 20 ann. exspirat accusatio. Sublim. in criminibus quæ *a]* plane non possunt præscribi. Uti est 1. Crim. *Suppositi partus*. 2. *Apostasiæ*.

b] Ubi lex in sp. breviorem terminum, scil. quinquennium, præfinivit, utp. 1. in Crim. *Peculatus* 2. *Apostasiæ* post mortem 3. In genere omnia *delicta carnis*; modo h. c. non aliud grave delictum accedat, utp. α) violentia, β) incertus, cum adulterio conjunctus, γ) Sodomia, in quibus non nisi 20 ann. lapsus attenditur.

1. Mixtæ, quæ ex potentiori specie, jure nim. personali, quod 30 *ann.* durat. æstimatur.

Honorariæ, quæ iterum

1. Prætoria, quæ olim, cum jurisd. Prætoris annalis erat, indistincte *anno finiebantur*, postquam v. cum ex Prætoris edicto perpetuum jus dici placuit, quædam harum actionum quoque perpetuæ factæ, quatenus scil. est.

1. Realis, seu rei persecutoria, & tamdiu durat quam actio Civilis ejusdem generis. Sic

1. Act. *Publiciana* ad exempl. Rei Vind. præscribitur.

2. it. Act. *Hypothecaria*, si adversus tertium rei hypothecatæ possessorem instituitur; Si vero adversus ipsum debitorem ejusque heredes, ob duplex, scil. personale & reale vinculum 40 an. durat.

Ampl. 1. etiam in act. *extraord. s. interdictis*, quæ principaliter ad *rei persecutionem* tendunt, quæ itidem perpetua sunt. Utp. a] Interd. de *Precario*. b] *Ne quid in loco publ. vel itinere fiat*. c] De *Tabulis exhibendis*. d] Interd. *Unde vi*.

2. Etiamsi ex delicto oriatur. Ut a] Act. *Vi bon. rapt.* quo ad simplum. b] Act. de *Calumniatoribus* c] Act. *Quod metus causa*, ratione simpli, post annum. Saltem quod, cum in rem scripta sit, non 30 sed 10 annis præscribatur, perinde ut aliæ act. reales.

Limit. in illis act. prætoriis quæ *contra Jus Civ.* dantur, seu ad *rescissionem actus, stricto jure Civili validi*, tendunt, quæ saltem durant per *annum*, scil. *utilem*, & quidem *tam ab initio quam progressu* talem, qui hodie mutatus in *quadriennium continuum*, ita tamen ut currere demum incipiat a tempore *scientiæ*. Utp. a] In Act. *Rescissoria*. b] *Pauliana*. c] De *alienat. mutandi judicii causa facta*.

1. Personalis, & quidem

1. Ex *Conventione*, quæ itidem tamdiu durat, quamdiu actio Civilis ejusdem generis.

1. Ex *Delicto*, & pœnam persecutoria, quæ regulariter anno scil. utili, at saltem ab initio tali, exspirat. Utp. 1. Act. *injur. æstimatoria*. 2] *Vi bon. rapt.* quoad triplum. 3] De *Calumniatoribus*. 4] De *albo corrupto*. 5] De *sepulchro violato*.

Limit. 1. in act. *furti manifesti*. 2. In act. *furti vel damni dati adv. Nautas, Caupones & Stabular.* 3. In act. *servi corrupti*. 4. Act. *de deject. l. effusis*. Quæ omnes sunt perpetuæ 5. in Act. *Doli*. Quæ præcise annalis est, ita ut nec litis cont. perpetuetur.

1. Ædilitiæ. In quibus idem obtinet quod in act. Prætoriis, quorum scili. species sunt.

Lim. in Act. *Ædilit.* quæ ad *contractum penitus resolvendum* tendit, prout in act. *redhibitoria*, quæ 6 mensibus tantum durat; Nisi ob pactum displicentiæ vel propter ornamenta detracta animal redhibendum, ubi intra bimestre spatium instituenda. V. de hac materia HOPP. in *Com. ad Instit. pr. Tit. de perpet. & temp. act.*

1. Morte

1. Morte *litigantium*, & sic est
1. Transitoria *ad heredes*, & quidem
1. *Simpliciter*, nempe *active & passive simul*, ita scil. ut in actoris æque ac rei successores universales transeat, & sic neutrius morte extinguatur.
1. *Secundum quid*, quæ scil. in actoris, non vero rei, heredes transibilis adeoque actoris, non vero rei, morte extinguibilis.
1. Non transitoria. Quæ *nec in actoris nec rei heredes transit*, & sic utriusque morte extinguibilis.

Dignoscendum autem hoc itidem ex diversa natura actionum, & quatenus.
1. *Lis a defuncto jam est contestata*, quo casu omnes actiones indistincte heredibus & contra heredes dantur. R. quia per L. c. quasi contrahitur.
Ampl. etiamsi criminaliter ad pœnam fisco applicandam agatur.
Limit. v. si ad pœnam corporalem delinquenti infligendam agatur.
1. *Non*. Quo casu dispiciendum, num sint.
1. Reales, quæ
active semper transeunt in heredes, perinde ac alia jura realia.
Lim. Nisi simul personam respiciant, & sic cum persona extinguantur. Ut est 1. Act. *Confess. pro Usufr. asserendo.*
passive v. non transeunt, i. e. non dantur contra heredes, sed possessores & rem ipsam. Eadem quoque ratio est actionum *in rem scriptarum*, cum rem sequantur, & sub qualitate vindicationis instituantur.
Lim. Nisi quatenus possident rem.; quia hæ act. contra rem ipsam quodammodo diriguntur.
1. Personales, quæ descendunt
1. Ex *Conventione*, quæ tam heredibus quam contra heredes dantur, & quidem in solidum.
Ampl. 1. etiamsi ipsi contractus sint personales & morte contrahentium extinguantur. v. g. *Societas*, *Tutela* &c.
2. Etiamsi dolus defuncti intervenerit in contractu; R. quia hic non ex dolo, sed conventione, agitur. Unde heres hoc casu non ad pœnam doli sed saltem ad rei restitutionem tenetur.
3. Tam in contractibus stricti juris, quam b. fidei.
4. Etiamsi ad pœnam conventionalem agatur. Quia hæc ad instar interesse se habet.
Limit 1. nisi aliter inter partes conventum, q. c. exceptione pacti eliduntur.

2. Si in id comperant, quod ab heredibus debitoris præstari, [utp. si specialiter industria debitoris electa] aut in heredes creditoris transire non possit. Qualis e g. est *act pers. ad consequendum usumfr. promissum*

3. Si act. non ex solo & mero Contractu oriatur, sed in ea simul delictum aliquod & pœna versetur. Qualis v. g. e. Act. *Tributoria.* Tum enim heredes non ultra tenentur, quam in quantum ad eos pervenit.

I. Ex *delicto*, & quidem

1. *Privato.* De quibus observandum, quod

active semper transeant in heredes, quia ad rem familiarem quodammodo pertinent & interesse pecuniarium sequuntur.

Ampl. non tantum 1. in act. rei persecutoriis v. g. act. *rerum amot.* Nec non

2. In mixtis. v. g act. *L. Aquil.* & *Vi bon. rapt.* Sed &

3. In act pœnalibus v. g. *Furti.* Saltem hic excipitur Act. de *Calumniat.* & de *mortuo infer.*

Limit. in act. quæ ad vindicandas injurias tendunt. Utp. 1. In Act. *injuriarum.* 2. *Revocatoria donationis.* 3. De in *jus vocando.* R. quia ad meram vindictam tendunt. Sublimit 1. in act. ad Palinodiam. 2. In act Injur corpori vel Collegio illatarum; quæ ne quidem morte omnium, qui tempore injuriæ illatæ collegio interfuerunt, tollitur. 3 Si forsan lis jam desuper sit contestata.

passive vero non transeunt. R. differ. quia pro herede quidem contrahimus, sed non pro herede delinquimus.

Ampl. ut non solum procedat 1. in act. pœnalibus. v. g a] *Furti.* b] Act. *in factum adv. illos qui dolo m. faciunt quo minus in possess. missus quiete possit esse in possessione.* Nisi quis ex causa Legatorum aut fideicommissorum servandorum missus, sit impeditus. v. HOPP. in *Comm. 7. Tit. de Interd. §. 1.*

2. In act. rei persecutoriis v. g. act *de alienat jud. mut causa facta.*

3. In act. mixtis.

Limit. 1. si aliquid ex delicto pervenerit ad heredes; Sic enim in tantum hæ act. adv. heredes dantur, in quantum heredes locupletiores facti ex delicto defuncti.

Sublimit. 1. in Act *Furti.* 2. *Vi bonor. rapt.* Quippe quæ ne quidem in id adversus heredes dantur, quod adeos pervenit.

2. Si lis jam fuerit contesta s. vere s. quasi s. act. ex delicto sit civilis s. prætoria, s. ad pœnam actori s. fisco applicandam agatur.

3. Specialis ratio est in *Condict. furtiva*, quæ contra heredem datur, etiamsi nihil ad ipsum pervenerit. Vide de hac materia HOPP. *in Comm. cl. §. 1.*

I. *Publico.*

I. *Publico.*

1. *Vero.* Et quidem

actione, quæ ad ſucceſſores nunquam tranſeunt, ſed accuſatoris morte extinguuntur.

Ampl. licet a defuncto lis ſit conteſtata; ſed heres ſi eam reſtaurare velit, novo proceſſu novo libello novoque ſubſcriptione opus habet.

paſſive. Itidem non tranſeunt in heredes. Exc. Aliquando tamen mortuo reo criminis perſecutio continuatur in hunc effectum, ut bono-fiſco vindicentur, vel turpia lucra extorqueantur, aut pœnæ pecuniariæ exigantur.

1. *Quaſi* ſ. Populari, quæ non niſi poſt LC. tam active quam paſſive in heredes tranſeunt.

I. Ope Exceptionis, quæ eſt *Jus reo competens ad excludendum actoris intentionem ſummo jure fundatam.* Et ſumitur

1. *Stricte.* Quæ ſignificat *defenſionem Rei.* [In Criminalibus dicitur inſp. Defenſio.] Et eſt

I. Ratione cauſæ *efficientis remotæ.*

1. *Naturalis*, quæ *ipſo j. Naturæ ſuppeditatur*, utp. quæ in ſimplici negatione conſiſtit, vel novum factum ſupponit, quod j. Naturæ priorem tollit obligationem, e. g. Exc. ſolutionis, pacti de non petendo, &c.

1. *Civilis*, quæ oritur *ex j. Civili.*

1. *Prætoria*, quæ ex *Edicto Prætoris naſcitur.* Cum enim jus civile quandoque ex antiqua JCtorum Philoſophia admodum eſſet rigoroſum, quod a Prætoribus directo mutari non poterat, inventa ab iis eſt ratio hunc rigorem per indirectum, dando exceptiones, temperandi. In primis in negotiis ſtricti juris; Nam in b. f negotiis ipſo jure inerat. Hinc a modo proponendi dicebantur Præſcriptiones.

II. Ratione cauſæ *effic. proximæ*, ſ. *cauſæ obligationis*, eſt

1. Negativa, ſ. Facti, ſ. Intentionis, quæ & Inficiatio dicitur, *quando nequidem j. Civili competit actio, ſed de facto ſaltem inſtituitur.* Cujus ſpecies in *Tit. ff. Quarum rerum actio non datur*, ſeqq recenſentur:

a) Exc Onerandæ libertatis cauſa, quæ eſt realis, & opponitur *Patrono, exigenti ea, quæ onerandæ libertatis cauſa ante manumiſſionem ſtipulatus eſt.* Quoniam metu ac ſpe libertatis libertus ad promiſſum adactus videtur.

Utiliter applicatur ad *Paſtorem, qui in præjudicium Paſtoratus ante vocationem Patrono quid promiſit.*

b) Exc.

Excep. dilatoria

Judici { 1 fori, 2 ſuſpecti, 3 inhabilitatis, 4 litis pendentiæ, 5 præventionis

adverſario { inhabilitatis, legitimationis ad cauſam ſic non ſe adoriat. ſi in uniſ. ceſſat.

b) Exc. de eo, quod in alea gestum est. Quæ in odium aleatorum introducta competit *collusori, re, quam in alea vendidit, ut luderet, evicta*, adv. *emptorem, regressum suum contra eum instituentem.*

c) Exc. præstiti j. jurandi, quæ tamen in congrue huc refertur, cum potius spectet ad Classem seq.

l. Affirmativa, s. Juris. s. Actionis, quæ & Depulsio dicitur, *cum reus non quidem actionem, summo jure fundatam, actori negat, sed saltem, illam adversus se iniquam esse, dicit.* Et hæ proprie Exceptiones dicuntur, cum per modum *allegationis*, illæ vero *ipso jure* actionem tollant. Et hæ sunt

l. Innominatæ, quæ *certo nomine destituuntur.* Et generali nomine dicuntur.

1. Except. *in factum.* 2. Exc. Doli generalis, quando *in genere contra æquitatem naturalem quid petitur.*

l. Nominatæ, quibus *in jure certum ac speciale nomen artificiale est inditum*, e. g. *Pacti de non petendo, metus, doli specialis, erroris, excussionis, divisionis &c.* Et hæ sunt

a) l. Personales, quæ *personam sequuntur.*
   1. Ex *L. dispositione.* Ut Exc. *Competentiæ, Cessionis bon.*
   1. Ex *Conventione partium*, ut Exc. *de non petendo a certa persona.*

   l. Reales, quæ *rem sequuntur* & fidejussoribus, omnibusque quorum interest, competunt.

   l. Mixtæ. Ut Exc. quæ competit Minori facilitate ætatis lapso.

b) l. Incontinenti probabiles, i. e. *intra terminum juris ordinarium.* Hinc ubique etiam in proc. executivo admittendæ.

   l. Altioris indaginis, quæ *majores ad sui probationem exigunt difficultates & temporis tractus.* Et in proc. execut. non admittuntur sed ad reconventionem remittuntur.

c) l. Temporalis, quæ *certo tempore extinguuntur.* Quoniam ita comparatæ, ut per modum actionis in judicium possint deduci.

   l. Perpetuæ, quæ *ne quidem 30 ann. præscribuntur.*

d) l. Dilatoriæ, quæ *actionem non perimunt, sed ad tempus saltem differunt.* Unde sæpe quis absolvitur ab instantia non vero ab actione. Et hæ regulariter omnes ante LC. sunt opponendæ. Suntquetales.

l. Intuitu

1. Intuitu *Processus* s. *Judicii*. Quæ nim. ad Judicium constituendum pertinent, & omnium primo loco sunt excutiendæ. Et concernunt iterum
1. *Judicem*, ut sunt
1. Exc. Incompetentiæ, s. Exc. Fori, qua *forum judicis, tanquam incompetentis, declinatur*
2. Exc Præventionis, qua *forum judicis, alias competentis, ideo declinatur, quia reus super illa lite jam ab alio judice est citatus.*
3. Exc. Litis pendentis, qua *forum Judicis alias competentis, ideo declinatur, quoniam reus super illa re jam in alio judicio litem est contestatus.* Illa itaque potius respicit factum judicis prævenientis, & causam suæ jurisdictioni vindicantis; Hæc vero potius factum partis, causam judicis cognitioni deferentis.
4. Exc. Electionis fori. Quæ datur *reo, in cujus arbitrio est, cui foro semet subjicere velit.*
5. Exc. Privilegii miserabilium personarum, quod datur *personis quibusdam miserabilibus, in judicio inferiori conventis, ut actor mox eas in superiori conveniat.*
6. Exc. Primæ instantiæ, qua ille utitur *qui, prætermisso judice inferiore, coram superiore mox est conventus.*
7. Exc. Inhabilis vel suspecti judicis, quo *judex tanquam inhabilis vel suspectus recusatur.* Quanquam hodie raro institui solet.
1. *Personas litigantes*, easque
1. *Principales*, videlicet
1. *Actorem*, quorsum spectant
1. Exc. Legitimationis ad causam, quæ datur *contra eum, qui ex iure alterius agit.*
2. Exc. Non impetratæ veniæ, qua utitur *is, qui absque impetrata venia in Jus vocatus est.* Quæ tamen hodie cessat.

3. Exc Inhabilitatis, quod scil. *legitimam personam standi in judicio non habeat.* e. g. *Excommunicatus.* Unde Exc. Excommunicationis.

I. *Reum.* Ut

1. Exc Revocandi domum, quæ datur *Legatis, in loco legationis conventis.*

2. Exc. de Non evocando, quæ datur *reis, vel etiam Testibus, contra privilegium, quo gaudent, extra fines Jurisdictionis sui magistratus coram alio judice citatis.*

3. Exc. Laudationis & nominationis autoris, qua *reus, alieno nomine rem possidens, conventus nominat autorem, ut lis in ipsum dirigatur,* vel *suo nomine possidens laudat autorem, qui ipsi adsistat.*

I. *Utrumque* quales sunt

1. Exc. Plurium litis consortium, s. interessentium, s. Heredum. Quæ opponitur

I. *active*, & exprimitur per formulam *Non sum solus heres,* quando *aliquis ex causa, quæ ad plures consortes vel heredes spectat, in solidum convenitur.*

I. *passive* & exprimitur per form.: *Non es solus heres.* Quæ opponitur quando *unus litis consortium vel heredum aliquem absque mandato reliquorum convenit.*

2. Exc. Cautionis s. satisdationis, quam opponunt *litigantes sibi invicem, ubi alter horum obligatus est ad præstandam cautionem in judicio, priusquam alter respondere necesse habet.*

3. Exc. justi impedimenti, quæ datur *ei, qui juste impeditus non potuit in judicio comparere.*

4. Exc. Contumaciæ, it. refusionis expensarum. Quam *alter litigantium alteri contumaci opponit, ut ipsi ratione damni vel interesse, quod ex contumacia ejus sensit, prius satisfaciat, quam ipsi ulterius in judicio respondeat.*

I. *Accessorias.* Et quidem

I. *Procuratores,* quorsum pertinet

1. Except. Inhabilitatis, qua quis utitur *contra Procuratorem inhabilem.* v. g. Minorennem, infamem, unde Exc. infamiæ notoriæ.

2. Exc.

2. Exc. Mandati deficientis, ſ. Legitimationis ad proceſſum, quæ datur contra *Procuratorem, mandato deſtitutum.*

3. Exc. Mandati non ſufficientis ſ. defectu laborantis. Datur contra *Procuratorem, non legitime nec ſufficienter inſtructum.*

4. Exc. Comparitionis perſonalis, quæ competit contra *Procuratorem vel defenſorem iis in caſibus, ubi præſentia ipſius actoris vel rei in propria perſona requiritur.*

I. *Teſtes.* Ut eſt

1. Exc. Teſtis inhabilis, quæ opponitur *Teſti, ad Teſtimonium ferendum plane inidoneo.*

2. Exc. Teſtis ſuſpecti, contrarii &c. Quæ opponitur *Teſtimonio teſtis, vel ob certam cauſam ſuſpecti, vel etiam ſibi ipſi, aut aliis, tam directe quam indirecte contradicentis.*

I. *Modum Procedendi.* Et quidem

1. Ratione *Citationis*, ut

1. Exc. Deficientis Citationis. Quæ hac form. exprimitur: *Ad hanc cauſam non ſum citatus*, qua oppoſita, reus ad eam quoque reſpondere non tenetur. Huc quoque ſpectat: Exc. inſufficientis Citationis & non communicati Libelli, quæ inſtituitur *quoties citatio non commemorat cauſam, propter quam fit, neque libelli copiam offert.*

2. Exc. Termini nimis anguſti, *intra quem quis non potuit ſe ad judicium præparare.*

3. Exc. Feriarum, *ſi dies citationis in ferias inciderit.*

4. Exc. Loci non tuti, non honeſti. Quam opponit *citatus* in loco ubi *comparere, vel quem tranſire debet, ſibi vel Advocato ſuo metuit periculum vel injuriam*, vel *quem abſque ignominia quadam frequentare vix poteſt.*

5. Exc. Nondum tentatæ amicabilis compoſitionis. Quam opponit *reus, ſi actor., nondum tentata amicabili compoſitione, reſponſionem ad inſtitutam actionem urgere velit.*

1. Ratio.

I. Ratione *Libelli* s. actionis in libello propositæ,

1. Exc. ineptæ cumulationis; *si plures actiones in compatibiles in uno libello conjunctæ*

2. Exc. generalis, inepti aut obscuri aut alternativi libelli. Quæ opponitur *ubi libellus sua laborat vel ineptitudine l. obscuritate*, vel *ubi incongrue alternativum continet petitum.*

3. Exc Positionis non admissibilis.

4. Exc libelli mutati, quæ opponitur *quando actor post L. C. genus act. mutat, antequam reo, ab instantia absoluto, pro expensis satisfaciat.*

I. Totius *Processus.* Unde

1. Exc. Præjudicialis, qua petitur *ut prius de majori quæstione, vel quæ alii præjudicium facit, judicetur.*

2. Exc Non rite formati processus. Quæ in quacunque judiciarii tractus parte locum habet, *quoties quid a litigantibus contra præscriptam Processus formam tentatur*; v g. Si actor ordinariam causam, invito reo, summariter tractare audet.

3. Exc. Illegitimi arresti, it. nondum relaxati arresti, si scil. *reus absque sufficienti causa vel in persona vel rebus fuit arrestatus.*

4. Exc. Nondum reassumti processus, quam opponit *reus, actore principali mortuo, heredibus ejus litem prosequentibus, antequam ad videndum reassumi processum fuerit citatus.*

5. Exc Falsi, *quamquis adversario suo in hunc effectum objicit, ut tamdiu suspendatur causa civilis, donec incidens falsi quæstio inquisitorie absolvatur.*

6. Exc frivolæ vel non admissibilis appellationis, aut alterius remedii impugnativi. Quam opponit *appellatus, quoties adversarium inique hoc remedio usum esse putat.*

7. Exc. desertæ appellationis, vel alterius remedii impugnativi. Quæ opponitur *appellanti, vel qui contra sententiam gravaminatus, remedium institutum intra justum tempus præfixum, fatale dictum, non prosequenti.*

8. Exc.

8. Exc. Nullitatis, quæ locum habet, *quoties non servatus fuit ordo judiciarius, aut defectus deprehensus vel in personis judicium constituentibus vel litigantibus, vel in ipsa causa.*

9. Exc. Instituti remedii impugnativi, quæ datur *ei, qui ejusmodi remedio usus est, contra adversarium, qui, non exspectato lapsu fatalis, in causa ulterius procedit.*

10. Exc. Attentati prius tollendi, quod opponit *is, in cujus præjudicium pendente appellatione quid attentatum, eum in finem, ne prius respondere in judicio teneatur donec illud sit sublatum.*

1. Intuitu *Causæ* s. *Solutionis*, quæ nimirum merita causæ respiciunt, unde & Anomalæ a quibusdam vocantur, quia scil. non saltem litem differunt, sed causam simul ipsam concernunt. Tales sunt

1. Exc. Plus petitionis, quæ opponitur *actori, vel re plus petenti, vel ante tempus vel conditionem existentem, vel alio loco, quo debetur, vel pure quid petenti, quod alternative vel elective saltem debetur.*

2. Exc. Pacti temporalis s. de non petendo intra certum tempus, quæ *solutionis, ab initio pure promissæ, dilationem ex pacto creditoris tribuit debitori, usque dum tempus, intra quod de non petendo postea convenit, præterlabatur.*

3. Exc. Moratoria s. Quinquennalis, qua *debitores, qui citra culpam facultatibus lapsi, rescripto Imperatoris ad certum tempus se defendunt contra exactiones Creditorem.*

4. Exc. Competentiæ, quæ opponitur *Creditori, a debitore privilegiato, ne solidum exigatur, sed ipsi, data cautione, tantum relinquatur, quantum juxta determinationem judicis ad alimenta sufficit.*

5. Exc. Cessionis bonorum, qua *debitor post cessionem bonorum legitime factam iterum conventus, nisi ad pinguiorem fortunam pervenerit, contra Creditores se defendere potest.*

6. Exc. Excussionis, quæ datur *debitori, vel accessorie vel in subsidium saltem obligato, ne prius cum effectu conveniatur, quam bona debitoris principalis fuerint excussa;* quæ si sufficiant, est peremtoria exceptio.

7. Exc. Divisionis, quam instituit *unus ex pluribus fidejussoribus, vel correus in solidum conventus, ne ultra suam ratam adstringatur.*

8. Exc.

8 Exc. Cedendarum actionum, competit ei, *qui pro solvendo alterius debito convenitur, ne solutionem præstet, priusquam contra debitorem principalem, confidejussores, aliosve minus principaliter obligatos a creditore omnes sibi cessæ fuerint actiones.*

9. Exc. Sub- & Obreptionis, quæ opponitur *Rescriptis atque mandatis superioris si veritas ab adversario in narratione omissa vel falsitas commissa.*

10. Exc. Nondum probati dominii, quam opponit *reus actori, in possessorio succumbenti jam vero in petitorio alteri servitutem in re sua prætensam negant, ut ante omnia probare dominium teneatur.*

11. Exc. Restitutionis in integrum. Quæ opponitur
1. Ratione *ipsius negotii, in quo quis se læsum docet*; quo casu excludit ipsam actionem, ac proinde peremtoriis recte annumeratur.
1. Saltem ratione *alicuius actus judiciarii*, q. c. dilatoria est, siquidem non elidit judicium principale, sed *differt tantum processum & in eum statum reponit, quo fuit, antequam is actus, cuius gratia restitutio petita, omitteretur*

12. Exc. Juris deliberandi, quæ datur *heredi, cui a J. civ. concessa est facultas intra annum consultandi, an hereditatem sibi delatam adire, an repudiare velit, intra illud spatium a creditore alioque, cui interest, convento*

13. Exc. Spolii, quæ datur *spoliato adv spoliantem, ut ante omnia restituatur.* Quæ intra 15 dies est probanda.

1. Peremtoriæ, quæ *actionem in totum extinguunt ac perimunt*; Hæ iterum varie dispescuntur:

a] Ratione *causæ efficientis*, quod quædam earum oriantur
1. *Statim cum ipsa actione*, & quidem
1 *Ex negotii circumstantiis*, ut
1. Exceptio Doli. Quæ est
1. *Generalis*, quæ ad exc. Innominatas jam supra relata.
1. *Specialis*, quæ datur quando in specie quid dolose gestum est. Et est aliquando subsidiaria in factum.
2. Exc Metus. Quæ datur *ei, qui justo metu, vi scil externa ad aliquid promittendum compulsus*, adv. *non tantum metum inferentem, sed etiam tertium.*
3. Exc. Erroris, quæ datur *ei, qui errore lapsus aliquid promisit.*

misit. it. Exc. Erroris calculi, *si in in numerando sit erratum.*

4 Exc. Simulationis. Qua reus opponit: *rem aliter esse actam, quam scriptam.*

5. Exc. Non demonstrati interesse. Quæ opponitur *agenti vel intervenienti, qui nullam ad causam habet interesse.*

6. Exc. Non numeratæ pecuniæ, tum quæ datur Creditori contra apocham intra 30 dies, tum quæ datur debitori contra chyrographum suum intra biennium.

7. Exc. Non numeratæ dotis. Quæ datur marito, si dos quidem cauta, sed non soluta, & quidem

a] Matrimonio intra biennium soluto, opponi potest hæc exceptio intra annum.

b] Si vero post biennium, intra decennium tamen, matrim. sit solutum, instituitur solum hæc exc. intra 3 menses

c] Si vero post decennium solutum matrimonium, plane non amplius datur exc. non numeratæ dotis.

8. Exc. Usurariæ pravitatis. Quam opponit *debitor creditori, usuras ultra legitimam quantitatem promissas exigenti.*

1. Ex *Contrahentium qualitate.* Ut

1. Exc. Sc̃ti Macedoniani. Quæ datur *patri* adv. eum, *qui filio, in potestate illius constituto, scienter mutuam dedit pecuniam.*

2. Exc. Sc̃ti Vellejani. Et Auth: Si qua mulier. Quæ datur *mulieri pro alio* insp. *marito fideiubenti.*

3. Exc Minorennitatis s. Restitutionis in integrum. Datur minori, qui ex contractu oneroso, cum alio inito, læsus.

4 Exc. Excussionis, quatenus scil. reus principalis solvendo existit, ac inde etiam post L. C. opponi potest.

1. *Post negotium* s. ex *post facto*, *ex novis causis*, Quo refertur

1. Exc Juris jurandi, s. præstiti j. jurandi. Quæ competit illi, *qui, deferente adversario voluntarium jus jurandum, juravit*, adv. *eundem, ex eadem causa eandem rem petentem*

2. Exc. rei judicatæ, quæ, *rei cohærens*, datur *reo*, adv. *eum, qui idem ab eodem ex eadem causa petit.* Et est strictiss. interpretationis, nec tertio præjudicat.

3. Exc. Pacti de non petendo in perpetuum. s. Debiti,

biti, pacto remissi, vel legati, quæ datur *debitori eiusque heredibus, contra Creditorem eiusque heredes & cessionarium, qui debitum, quo debitor ipsi erat adstrictus, vel remisit, vel legavit, & denuo illud exigere vult.*

4. Exc. Transactionis, quæ datur ei, *qui contra transactionis tenorem ad aliquid præstandum adstringitur.*

5. Exc Solutionis it. Satisfactionis, quam opponit *debitor creditori, debitum quod ipsi jam solutum, vel pro quo alio modo satisfactum, denuo petenti.*

6. Exc Compensationis, qua *reus conventus obiicit, solutionem per mutuum debitum ipso jure jam esse factam.*

7. Exc. Acceptilationis, quæ datur *debitori contra creditorem, debitum, quod iam acceptum tulit, denuo petentem.*

8. Exc. Confusionis.

9 Exc. Delegationis & Novationis.

10. Exc. Rei interitus.

11. Exc. Præscriptionis, quæ opponitur *actori post tempus, præscriptioni rei præfinitum, eam vindicanti.*

12. Exc. Rei Venditæ & traditæ, quæ datur *emtori eiusque successoribus*, adv. *eum, qui rem alienam vendidit, eiusque dominium postea consecutus est, nec non illius successores universales & singulares.*

Est a. in arbitrio Emtoris utrum rem velit retinere, intentione per exceptionem elisa, an potius, re ablata, de evictione agere.

13. Exc. Rei venditæ nec traditæ, & v. v. Pretii non soluti, quarum illa datur *emtori hæc venditori*, adv. *venditorem vel emtorem, pretium aut traditionem rei venditæ urgentem, antequam venditor rem tradidit, vel emtor pretium conventum solverit.*

14. Exc. Litigiosi s. rei litigiosæ, qua is, *qui rem litigiosam*, i. e. de cujus dominio controversia movetur, *emit, vel per aliam speciem contractus sibi comparavit, repellitur.*

15. Exc frivolæ vel non admissibilis appellationis, vel *alterius remedii impugnativi.* Quanquam & certo respectu ad Dilatorias sit referenda. v. *p.* 136.

16. Exc. Idesertæ appellationis *vel* alterius remedii suspensivi. Quæ itidem certo modo dilatoria dici poterit. v. *cl.*

17. Exc.

17. Exc. Nullitatis, quæ itidem mixti generis est, v. cl.

b] Ratione *modi instituendi* in judicio, sunt

1. Ordinariæ, quæ tam ante, quam post L. C. opponuntur, post L. C autem demum probantur.

1. Privilegiatæ, quæ dupl. generis.

1. Litis finitæ s. ingressum litis impedientes. Quæ

1. *Ipso jure* tollunt actionem; hinc proprie ingressum litis impedientes dicuntur, quoniam in ipso litis ingressu ante L. C. proponuntur, quatenus in continenti sunt probabiles. Quales sunt *Except. facti*, & comprehenduntur sub generali appellatione: Except. Non competentis actionis.

1. *Ex æquitate contra jus strictum* erant introductæ, quæ demum post L. C. sunt excutiendæ. In Praxi vero plurimorum locorum omnes peremtoriæ, statim probabiles, admittuntur ante L. C. v. BÔHM. *Comp. ff. Tit. de Except.* § 9. Hujus species sunt: 1. Exc. *Rei jud.* 2. *Præscriptionis.* 3. *Solutionis.* De quibus antea.

1. Etiam post sententiam, ad impediendam executionem, in ipsa executione admittuntur, modo in continenti sint probabiles, quales sunt

1. Exc. *Solutionis.* 2. *Compensationes.* 3 *Non num. pec.* 4. *Divisionis.* 5. *Scti Vellejani &* 6. *Scti Macedon.* 7. Exc. *Erroris calculi.*

c] Ratione *effectus* s. *Obligationis*, intendunt

1. *Nullum jus agendi* plane cum effectu actori unquam competisse. Quorsum in genere Except. *in competentis actionis*, it. *Non demonstrati interesse.* Insp. vero, præter exc. *facti*, supra recensitas, huc spectant

1. Exc. *indebiti promissi.*
2. Exc. *allegationis propriæ turpitudinis.*
3. Exc. *deficientis cessionis.*
4 Exc. *Scti Velleiani* & 5 *Macedoniani.*
6. Exc. *Doli.* 7. *Simulationis.* 8. *Metus.* 9. *Erroris.*
10. Exc. *Rei venditæ & traditæ.* 11. Exc. *Non num. pec.*
11. Exc. *Usurariæ pravitatis.*

1. *Subla-*

1. *Sublatum jam esse* actoris jus agendi. Ut
   1. Exc. *Solutionis.* 2. *Compensationis.* 3 *Satisfactionis.* 4. *Acceptilationis.* 5. *Pacti de non petendo in perpetuum.* 6. *Transactionis.* 7. *Jurisiurandi.* 8 *Rei judicatæ.* 9. *Præscriptionis.* 10. *Rei interitus.* 11. *Delegationis.* 12. *Novationis.* 13. *Confusionis.*
1. *Jus agendi quidem adesse, sed impediri in totum ob iustas causas.* Ut
   1. Exc *Restitutionis.* 2. *Excussionis* & 3. *Divisionis*, quatenus scil. principalis debitor vel condebitores sunt solvendo. 4. Exc. *Prioritatis in concursu Creditorum*, aliorumque *beneficiorum.* it. 5. *Præiudicialis.* v. BÔHM. *cl.* §. 16. *seqq.*

1. *Late*, quo sensu exceptio significat omnem tam actoris quam rei defensionem; sicut enim reus excipiendo fit actor, sic actor iterum fit reus. Comprehenditur itaque sub latiori hoc significatione porro

1. Replica *actoris*, qua *elidit argumenta exceptionis rei.* Et

2. Duplica *rei.* Qua *reus iterum elidit argumenta in Replica ab actore adducta.* Ultra duplicas quidem regulariter non proceditur, interim tamen quandoque sequuntur

3. Triplica, quæ est *iterata exceptio actoris, qua elidit nova argumenta rei, in duplicis adducta.*

4. Quadruplica, quæ est *exceptio rei adversus argumenta actoris in triplicis proposita.*

5. Quintuplica, continet *argumenta contra nova capita quadruplicæ.*

6. Sextuplica *nova præsidia rei continet contra priora argumenta quintuplicæ.*

7. Septuplica, actor *denuo proponit discussionem argumentorum, a reo in septuplica propositorum.*

8. Octuplica, qua *reus excipiendo denuo elidit argumenta actoris in ultima sua positione allata.* Raro quidem eo usque extendi solent partium positiones ordinariæ atque consuetæ unius instantiæ. Longe tamen ulterius proch dolor! sæpius protrahi processum, novis partium positionibus inditis nominibus, experientia docet. Ut ut autem lis protrahatur, ultima tamen positio semper maneat Reo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0088
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876457480/phys_0092
DFG

ranter deduxit B. LUDOVICI im Civil-
§. 2. *sqq.* de causa debendi scribens in spe-
, *sub n.* 3. Promisi, ex nota, textum
ufficiunt verba: So erachten wir doch
causa debendi exprimiret seyn muß) da
auch jedes blosses pactum obligatorium
m rationem, circa qvam juris Canonici
) zur Erhaltung Treue und Glauben, für
wollen vielmehr, daß auch aus einem
ento, darinnen keine causa debendi ent-
executive geklaget, und Beklagter allen-
exceptionibus in die reconvention, oder
en Ausführung, verwiesen werden möge.

heilhafte Einreden, igitur morosorum;
denotant tales exceptiones, qvibus vel
onscientiam, intenditur mora, dilatio
executionis evitatio, im Zeit-Gewinn;
ea, vel in reconventione & condictione
separato obtinetur scopus & finis.

nissibiles exceptiones nonnullæ expri-
ktu, verbis: Keine andere exceptiones,
(qvæ vox alias raro in bono accipitur
r zugelassen werden, denn wo er in con-
n wollte, daß seinen Briefen zuvor allbe-
n geschehen, (exceptio solutionis & simi-
die Sache, darum er beklaget werde,